pebre ambe inversantur ad extrius et ellevabit nigredo oculi super nigre-
dinem // Inflacio quedam fit quatuor modis · una fit subito et color
ipsius erit albus et ante eam accidit in angulo dolor ut morsus timidus
et iuste · Secunda est fortior et quando comprimitur cum digito profundebat locus
eius et remanebat vestigium ipsius per horam Et tercia est fortior secunda
et quando comprimitur super eam digito profundatur locus eius tamen
non remanebit vestigium ipsius et color ipsius ut color naturalis ca-
ret dolore Et quarta est fortior tercia et possibile est quod exten-
datur ad utrumque latus et ad genas et erit dura et livida et non profun-
datur in ea digitus comprimens super eam · et careat dolore et ut plus
hoc accidit ex morbillis et optalmia cronica precipue in yeme ·

Morbi cornee sunt ulcera pustule albedo vestigium · Cancer Eminencia 20
Sanacio et collectio sanici post eam et excoriacio eius et ulcera fiunt
in superficie cornee aut in profundo eius et que sunt in superficie eius quatuor
modis sunt unum ulcus simile in colore fumi incipiens de nigredine oculi
per locum multum · secundum est magis ruben a quo et profundius sed minus ·
Tercium fit super nigredine et tendit parum super albedine et ipsius ipsius ·

que est super nigredinem habet colorem album et que super albedinem est habet colorem rubeum Et quartum fit in superficie cornee ramosum et contrana ulcera fiunt tribus modis unum ulcus est profundum et strictum simile grano panici Secundum est ulcus infectum multe corticis et profundum et quod profertur emanabunt humiditates oculi ex corrosione earum in tunicis. Et pustule diverse sunt in colore et loco et dolore et fine erunt nigre et albe et mediocres in colore et que sunt nigre erunt post corticem primam cornee et illa cortex dicitur facilior quia componitur de quatuor corticibus et albe erunt post primam corticem et tertiam corticem eius et illa dicitur difficilior et que sunt coloris mediocris erunt post corticem secundam que dicitur medio cris. inter difficultatem et difficilitatem Et in loco si sunt separate a foramine salubrores erunt Et si sunt super speciem foraminis erunt difficiliores et similiter si sunt post primam corticem erunt salubriores et si sunt post tertiam erunt difficiliores Et in dolore si dolor est fortior erunt difficiliores Et si lenior erunt salubriores Et in fine que erunt salubres finis habent colorem modicum et erunt separate a foramine et post corticem primam et de materia modica Et quo difficilis finis erunt ex multa materia et acuitate post corticem tertiam super statum foraminis pupille quia dolor eius indu cit cecitatem Et eminencia fit quatuor modis. una eminencia est quod eminet modica pars uvee et dicitur caput formice et estimabit eam videns quod sit pustula et differt inter eas. quia eminencia est in uvea Et si oculus est niger glaucus ut columbinus erit in colore eius et pustula radicaliter est alba. cum rubedine et pulsatione in oculo. et species alia eminencie similis est uvee et dicitur velamen et tertia elevatur usque ad pi los palpebre Et quarta appellatur caput clavi quia est ut caput clavi et hoc fit quando adheret aliqua pars cornee et differt inter vestigium et albedi nem. quia albedo fit ex pustulis que sunt in profundo cornee. et vestigium fit ex pustulis que sunt in superficie cornee.

Orbi anguli sunt tres fistula que dicitur gnarbis. manatio et glandula et
21 morbi uvee sunt strictura foraminis et eius amplitudo. et morbi accidentes inter corneam et humiditatem cristallinam sunt aqua et vapores ascendentes de stomacho et color aque si est ut color aeris ei convenit curari cum ferro et si est ut color viridis potest et curari cum ferro. fit etiam in colore albo rubeo citrino viridi. blavo et nigro etiam assimulatur argento vivo in suo motu cognoscitur aqua per eius debet curari cum instrumento debes super ponere manum aliter. duorum oculorum et si vides alium oculum in suo foramine ampliari convenit ipse cure Sin autem non etiam exurgetur paciens in sole et precipiatur ei. quod inspiciatur in celum et superpone polices palpebre superiori et commoneas eam super oculum deinde dimitte oculum et cito aspiciatur et inspice et si moveatur quando separati sunt polices. ab oculo dispergitur non convenit ei instrumentum. et si remaneat collecta et non dispergitur aqua tunc perficitur et convenit et si aqua est fortis grossitudinis ut viscosa vel subtilis. non debet curari cum instrumento. et nisi modo locuti sunt medici de loco in quo generatur aqua ipsa. et quidam ipsorum dixerunt. quod

gnatur de tunica cornee et uvee. et quidam dicunt quod gnatur inter uveam et cristallinam primi allegant quod aqua sit cum amplitudine et non manifestatur de uvea nisi modicum et non possibile est quod ampliatur foramen in tanta ultimitate quod curetur cum instrumento et circuitatur tunica prout erat. unde si scinderetur uvea iam manaret humiditas albuginea exsiccata in strumenti et allegant alii quod sic esset quando suspenditur aqua cum uvea penes curam instrumenti et reprobant primi quod impossibile quod amplietur foramen in cura instrumenti et suspendatur aqua cum uvea et allegant alii quod si esset aqua inter uveam et corneam. videtur instrumentum sub cornea quia est tunica sub qua videtur id quod ibi est quia videbitur in colore tunice que est post eam et nos non videmus instrumentum nisi penes pupillam et excusaverunt se in dicto priorum dicentes quod si hoc esset quod si rumperetur uvea iam manaret humiditas albuginea ipsa est in panniculo subtili prohibente eius manationem unde quod dixit G. quod ipsa sit de cornea et cristallina significatur quod credit quod hoc potest fieri inter corneam et uveam vel inter uveam et cristallinam et si creditur quod sit de cornea et uvea propter hoc dicit absque cristallina sed possibile est penes eum quod ipsa potest fieri in utroque loco. secundo caput acutum instrumenti appellati magdat non debet esse valde acutum quod non scindat panniculum subtilem inductum super albugineam./

Ubi nervorum sunt opilatio gutta serena, obtalmia et separatio continuitatis sit .i. 22
opilatio. aut ex humiditate multa generata circa nervos ad infestandum eos et ergo deficit visus aut minoratur et signum eius est ponderositas capitis precipue in profundo oculorum et si sit ex humore manante ad interiora in oculorum et homo ymaginatur in principio eius videre radios et muscas et capillos absque lesione apparente in oculo aque de signis et si includitur unus oculus et non ampliatur alius illud dicitur mala opilatio quod non penetrat aliqua pars visus ad oculum alium et separatio continuitatis sit ex casu vel ex percussione accidentibus super caput. aut ex vomitu forti et signum eius est eminentia oculi in principio deinde non sit grauius neque contabescens et deficit visus vel minoratur manifeste et gutta serena sit ex grossitie spiritus spiritualis et turbedine oculorum humorum etiam obtalmia sit ex prauitate spiritus spiritualis et extollitione musculi moventis oculum et quando spasmatur aliqua pars ipsius declinat oculus ad ipsam partem et quando mollificatur declinat oculus ad partem contrariam. et musculus descendens iuxta radio nervorum quod non amplietur et separetur. quando spasmatur non ledit oculum tamen si mollificatur ledit oculum quia hoc sit ex materiis manantibus ad nervos et musculum et possibile est quod hoc sit in venis procedentibus in oculos in cranio capitis et inde sit manatio humiditatis. de capite ad oculos. sed morborum accidentium in aure, quidam sunt accidunt in membris communibus auditus. et quidam appropriantur parti membrorum ipsius sed qui accidunt communiter sunt mala complexio. apostemata et separatio continuitatis. et morbi accidentes in fundo auris. aut sunt signa. que dicenda sunt in dolore sistente in cranio capitis in parte pertinente. ad fundum aurium. et que ipsorum signorum erunt extra foramen sunt manifesti sensui et precedit hic casus vel percussio et morbus qui sit contra exteriori non manifestatur nisi ex lesione accidente auditui et morbus qui sit in foramine auditus. aut est ulcus aut caro addita a extreme.

generatio ibi aut sordicies aut casus alicuius lapidis vel grani in eo vel aque ipsius in eo excitatione vel infusione capitis cum aqua vel animalis ingressus vel iniuste vermis aut silum aut vento stantis unde quidem huius morbi sunt partes inducunt debilitatem auditus et morbi qui sunt in instrumentis auditus et nervus eius sunt tinnitus sonitus et vox mentionis gravis auditus et surditas. Et in tabula dicuntur cause et signa ipsorum

opilacio si sit ex humoribus generatis ex humiditate corrupta et signum ipsorum
23 habetur per motum et tremorem sistentes inter aurem et possibile est
quod aliqua pars ipsorum foras egrediatur. Et si sit ex verruca vel carne addita vel sordicie generatur ex superfluitate materie et signum eius habetur quod videtur in sole et similiter videtur illud quod cadit in aurem in sole. et aque signum habetur per balneacionem precedentem et animalis ingredientis aurem signum habetur per motum ipsius. morborum quidem odoratus qui quidem accidunt in naribus in panniculo induto intus et quidam in instrumento primo instrumentorum odoratus que similia sunt additamentis mamillarum et morbi accidentes in qualibet loco huius membrorum sunt aut ex mala complexione aut ex separacione continuitatis aut ex membro officiali Et morbus officialis est ut caro addita in naribus que dicitur polipus et iste polipus obdurat nares cum pedibus si fetor narium sit ex putrefactione ossis similis colatorio. vel ex humore in vestito in foramine eius aut ex humore putrido. et illud sequitur febris et dolor et si humor putridus est in ossibus putrefactis illud sequitur immutacio vocis et morbi accidentes in utroque instrumento odoratus sunt corriza et defectus odoratus.

24 Morbi accidentes in instrumento odoratus sunt Corriza et defectus odo-
ratus Et corriza est ex humiditatibus humidis descendentibus de ventriculo cerebri procedentibus ad nares et fit aut ex calida causa vel frigida Et que fit ex caliditate est ut id quod accidit ex calore solis in capite liquefaciente superfluitates que sunt in cerebro Et que fit ex frigiditate est ut illa que fit ex aere frigido includente superfluitates que dissolvebantur a cerebro Et Casum est defectus odoratus et fit ex mala complexione intensa aut opilacione aut ex carne aut ex humore grosso et viscoso. aut ex separacione continuitatis Et si passio est modica diminuit odoratum et si multa deficiet in toto et quando ab loquitur quasi cum naribus. morbus erit in osse simili colatorio et si loquela non est impedita viam est in utroque ventriculo anteriori instrumentorum odoratus aut in panniculo induto eis interius morborum lingue quidem et locorum oris sunt quidem in corpore lingue accidentes et quidem in parte nervi eius. et que accidunt in lingua sunt pustule que dicuntur colla et apostema calidum et aliud simile glandule quod dicitur ranula et corrupcio gustus qui mutatur ad amaritudinem et hoc fit ex colera rubea vel ad dulcedinem et hoc fit ex sanguine vel ad acidum et hoc fit ex flegmate acido vel ad salsedinem et hoc fit ex flate Et quidem accidunt in nervo ex quo fit sensus gustus. et ex hoc fit diminutio gustus vel eius defectus

in toto et quidem accidunt in nervo ex quo fit loquela et sunt gravedo lingue
et surditatis et hec fit ex mala complexione dominante nervo vel ex opilaci
one accidente in eo aut ex apate aut in festatione aut a parte grosso . et
separato continuitatis nervorum fit ex humore acuto vel percussione vel casu
super cerebrum et fit gravedo lingue post morbum acutum et Sirsam.

m Morborum accidentium ori quidam accidunt in labiis ut fissura et 24
emorroyde et quidam accidunt dentibus ut dolor fortis ipsorum
qui fit aut ex calore aut ex frigore etiam corrosio cavatio et stupor motus
et casus ipsorum et dentes ipsi non dolent quia carent sensu et habetur
significatio huius quia si frangitur dens in aliqua parte ipsius inde illo fit
dolor . et si in frigidatur non dolet sed dolor accidit ex causa mala comple
xionis nervorum qui sunt in radicibus ipsorum aut a parte in locis predictis et
existimatur quod dolor est in eis et si mitigatur dolor per res extra dictarum
dentis hoc fit ex dilatatione loci nervorum vel apostantis quia qui stringit
locus eius extenditur et dolet et qui amplia bit locus mitigabitur
eius dolor et quando medicina tangit locum dolentem mitigatur tunc
dolor ob tactum ipsius et dicitur quod dolor dentium fit ex dilatatione et complex
ione et intelligitur per primum dixi et si ortus dentium tardus fit in pueris
fricentur gingive cum cerebro leporis aut medulla lacte quia satis
iuvabit eum /

c Casus dentium vel commotio ipsorum fiunt ex humiditate gingivarum et nervorum 26
detinentium eos vel ex putrefactione gingivarum vel ex amplitudine foramin
um in quibus sunt . amplitudo foraminum fit ex oportunitate ortus alior
dentium fortiorem eis ut accidit in infantibus et ex opportunitate ortus
aliorum dentium eis fortioribus debet intelligi quod amplitudo fit fora
minum naturalis ita ampla quod in eis possint locari dentes maiores primis et for
tiores eis . et ex siccitate hoc fit ut accidit in senibus in casu ipsorum dentium
et dictum est quod in quodam sene cecidit dens et ortus loco eius alius dens
et plures dixerunt contra deum ipsum preter defectum materie paucitatis ortum dentium
in sene . Et retulit michi quidam fidelis quod viderat quandam vetulam cuius
dentes ceciderunt quod ortus sunt in ore eius dens quidam et hoc non videtur
esse impossibile . et quia relatum est experte ad hec quod potest oriri dens in
tempore senectutis et quod visum est hic Etiam putrefactio gingivarum quoad
dentium vel casus ipsorum malicia fetoris oris caro addita inter dentes
exitus sanguinis de gingivis vel de toto ore dicitur de morbis oris ipsorum
signa sunt similia . gingivis quoque accidit apa extolleri et rubea et mor
bi in malarum sunt mollificatio ipsarum casus ipsarum Et apa calidum et quando
subtilis fit radix urule fit rotundum caput eius et prolongatur tempus
casus eius et non conferunt medicine incidi debet ne inducat squinanciam
Et si est rotunda et radix eius et non est subtilis neque longa et color
eius erit ut color sanguinis nigri non debet incidi quia ex incisione eius
fit apostema magnum et fluxus sanguinis incessabilis Sed si est sub
tilis radicis et longe et extremitates eius sunt ~~subtiles et~~ similes
caudis muris . et mollificate colore ipsius declinante ad albedinem incidatur
pars addita contra modum naturalem quia si inciditur vel quantitate gentes

eius · incisio inducit nocumenta magna interimento pectoris etiam defectum
vocis et alias lesiones ·

Morborum accidentium in membris anhelitus quidam sunt in gutture
vel in gula vel in canali pulmonis vel in velamine indito super costis vel
2a in diafragmate vel in corde Et morborum in gula accidentium quidam accidunt
in glandulis que dicuntur amigdale que generant salivam quarum locus est in utroque
latere gule Et quidam in musculo eius et quidam in velamine indito super eum
Et quidam in meatu eius et qui accidunt in glandulis sunt apostemata calidum
cuius signum est dolor strangulans gulam ponens deglutitum et rubedo in
exteriore parte gule et qui accidunt in musculo sunt quasi squinancia et apostemata
in musculo gule aut ysophagi quod si accidit in musculo interiori prohibet
deglutitum et malum erit et si fit in musculo exteriori erit minoris ma-
litie et illud sequitur difficilis anhelitus eius erectio diminutio ·
vocis · dolor gutturis rubedo oculorum et faciei extensio difficilis deglutitio
et continuitas oculorum et squinancia est apostema calidum accidens in musculo
gutturis Et si fit in musculo exteriori salubris erit Si in interiori dicitur squinan-
cia canina et ista species insanabilis est Et si fit exitus spondilium quod est plus
accidit in infantibus est ex debilitate ligamenti spondilium vel percussione Et
signa omnis squinantie sunt ut alterius tamen omnis sunt fortiora alias
et difficilis fit deglutitus et quando infestatus id quod deglutitur ascendit ad partes
pallati et egreditur de naribus ex opilatione ysophagi et in spina squinantia
apparet apostema more quando os aperitur aut in parte exteriori gule sed in mala
non apparens erit Et qui accidunt in meatu ipsius sunt de sanguisuga bibita
cum aqua et obtenta in gula vel spina piscis vel alterius rei et que accidunt
in velamine gule et gutturis et canalis pulmonis sunt reumata que sunt
quedam descensiones superfluitatum humidarum de cerebro et si descendunt multe
hec superfluitates ad nares dicitur corriza si ad guttur et canalis pulmonis
inducunt raucitatem et tussim · Et si descendunt ad pulmonem et pectus
erit exinde tussis mala et difficilis · et sunt aut caliditate aut ex frigiditate
et in accidentibus ex caliditate fit inflamatio faciei et capitis acuitas illius
quod manabit de naribus et gutturis cum asperitate gutturis Sed in accidentibus
ex frigiditate patietur patiens frigiditatem et opilationem narium quod dimi-
nuitur odoratus vel deficiet vel diminuet vox et in raucitate sentietur
asperitas gutturis cum punctione absque turbatione et fit tussis cum strictitate
absque reumate ex caliditate febrium vel ex frigiditate eius aeris septentrionalis
et cum ea non erit sputum sed si erit et hoc fit etiam ex humiditate gut-
turis et canalis pulmonis et inde vox erit clara et tempore carebit asperitate ·
fit etiam tussis et raucitas ex causa exteriori ut ex pulvere fumo et voce magna
et reumata non possunt digeri in senibus cum velocitate Et morbi acci-
dentes in pulmone sunt tussis fortis asma strictura anhelitus et erectio
eius et piplemonia est apostema calidum in pulmone cum sputo san-
guinis vel saniei et illud sequitur ptisis et tussis ex pulmone fit a
ex descensione alicuius superfluitatis de capite aut ex mala complexione et
superfluitas aut erit acuta subtilis que est peior licet spuatur aut grossa
aut calida super que habetur si ergo per caliditatem anhelitus sitim desiderium aeris
frigidi · rubedinem faciei et possibile est quod quandoque erit sputum Et si est
frigida · et habetur significatio super eam per lividitatem faciei modicam sitim

nocumentum ex rebus frigidis et aere frigido Iuvamentum per balneum et aerem
calidum et strictura anhelitus et asma et erectus anhelitus erunt ex strictura
meatuum pulmonis et si strictura est in venis pulsatilibus erit asma etiam
si sit in dispositione canalium exinde accidit erectus anhelitus et eius strictura
et significatio huius simpliciter per frequentem anhelitum absque febre quia laborat paciens
tiens magno labore et magno anhelitu et fortificatur paciens pones
dorsum in quo fuerit et alleviatur pones sui erectionem missio anhelitus est de-
lectabilior cum missione eius et fit exinde tussis cum commotione Et si erit
absque tussi possibile est quod declinet ad ydropisim Et hec passio accidit
ex caliditate et multitudine vaporum cordis et fortificatur exinde sitis et
paciens magis declinabit ad immissionem aeris frigidi quam ad emissionem
eius Peripleumonia est quoddam apostema pulmonis ex sanguine vel colera rubea
et ea accidit febris fortis cum tussi strictura anhelitus et dolore in parte
anteriori pectoris et rubedine genarum et oculorum.

[S]putum sanguinis fit aut de canali pulmonis aut de pectore aut de ore sto- 28
machi aut de fundo eius aut de capite aut de gula vel de gutture vel de
ysofago vel de ore. Cum si est de pulmone erit cum tussi forti et egredietur
subito absque dolore in multa quantitate in colore rubeo cum spuma Et si de
pectore erit cum tussi forti similiter tamen in modica quantitate quasi sic
sanguisuge et spuitur illud reumata et pectus erit strictum Et si est de ore
stomachi erit cum eo dolor in ore stomachi Et si de fundo stomachi quod dicitur
stomachi erit cum vomitu et dolore leni Et si de capite cum titillatione erit Et si de gut-
ture erit cum screatu Si de ysofago dolor erit inter spatulas Et si de
ore erit egressus eius erit cum alio sputo commixto et fit sputum sanguinis
extrinsecus ut ex percussione vel casu vel voce magna vel saltu ex quo rumpitur
aliqua vena et huius signum habetur per egressionem multi sanguinis subito vel in-
terius ut ex corrosione venarum accidentium ex reumate acuto vel colerico vel fle-
umatico salso. Et huius signum habetur quod paro egreditur deinde in multa quan-
titate vel ex repletione venarum vel condnatione complexionis calide vel humide
vel complexionis male et sicce que condensat venas valde et eas restringit unde
pars earum eminebit super partem et aperientur sicut accidit luto quando
siccatur Sed spuma sanei fit aut ex capite calido accidente in pulmone aut
in pectore vel post sputum sanguinis aut in panniculo induto super costis vel
dyafragmate Et quod fit ex capite horum locorum declinabit ad colligendum
saniem et febris et rigor accidunt in laborante eo pones generatione saniei
et de ipso tempore expectatur emanatio · secundum diversa fit velocitas eius et tarditas
iuxta caliditatem materie et frigiditatem eius et grossitudinem et subtilitate
eius et si est calida et subtilis emanatio erit in vii° inanda a die febris et
rigoris Et si fit ex complexione calida et paciens est iuvenis significatio
exinde habetur quod emanatio erit in vii° Et si non est acuta et grosse substantie ema-
natio erit in xx° die Si materia est grossa et modice caliditatis emanatio
erit in xl° Et si materia est grosse emanationis fortificatur febris · ponde-
rositas et rigor · quando in quo generatur sanies in aliquo capite erit ponderosi-
tas cum eo in latere passionis et quando iacebit super latus sanum sentiet
rem ponderosam suspensam in latere superiori Et si apostema est in medio pectoris
dolor et ponderositas erit fortior in parte anteriori pectoris Et si fit apostema,

in utroque latere pectoris sentietur dolor in eis Et si super aliquod latus iacebit paciens sentiet ponderositatem in superiori latere et emanabit sanies quoque ad superius et ascendet ad sputum et tussim et quoque ad inferius et tendet ad epar per venam concavam deinde ad intestinum adveniens et laborantes hac passione si spuunt velociter saniem ante xl. diem de die in qua emanavit apostema non pacientur ptisim quod si non purgatur sanies in xl. declinabit passio ad ptisim et ptisis hereditarie succedit et morbi accidentes in panniculo induto super costas. sunt species apostematum et exituram et quando accidit in eo apostema calidum dicitur pleuresis Et si accidit in musculo apostema dicitur dolor lateris Et si in pleuresi fit sputum in principio eius erit passio salubris et brevis temporis et si fit sputum in quarto erit crisis in vii^o. vel xi^o. et plus in xiiii^o. et si tardat sputum usque ad viii. diem tardabit crisis ad xx^{um} et sputum significat per colorem sputi super modum apostematis. quod si est rubeum erit sanguineum et si citrinum erit colericum. si album apostematis erit flaticum, si nigrum et lividum erit melancolicum et parum et spumosum erit in musculo in melancolico vel flegmatico aut non fit sputum fit apostema in musculo et dolor pungens Et morbi dyafragmatici sunt mala complexio et apostema vel dolor pungens Et morbi cordis sunt aut ei proprii vel comunes ei et aliis sicut est decessus et morbi cordis sunt aut ei proprii vel comunes ei et aliis Sed qui proprii sunt ut dolor et saltus et qui sunt communes erunt ut sincopis et dolor fit in eo ex mala complexione vel apostemate vel separacione continuitatis ut ex vulnere in qua non sanabitur sed morietur cito Et mala complexio sincopis et saltus curabiles sunt Cum apostemata et vulnera ex veloci periculo ipsorum non recipiunt medicinam neque curam.

29 Mala complexio cordis aut est calida aut frigida aut humida aut sicca et saltus aut fit ex humiditate aquosa aut sanguinea sicut fuit in illo de quo locutus est G. in quo accidebat delectacio in quolibet anno et curabatur cum minucione virtutibus eius et in quarto anno minutus fuit aut tempus eius evenitus et sanatus erat et sic minuebatur qualibet anno ante tempus constitutum ad eius eventum et sanatus erat perfecte Et Sincopis est dissolucio virtutis vitalis subitanea et fit aut ex replecione venarum de humoribus aut stomachi de cibo aut ex replecione cerebri ut est apoplexia aut ex inanicione intensa ut ex fluxu ventris et fluxu sanguinis evacuacionibus vel de matrice vel de colera vel manacione saniei de apostemate aut ex sputo sanguinis forti. aut ex privacione cibi vel potus vel ex mala complexione calida ut in febribus. aut ex frigiditate vel ex forti frigiditate stomachi qua deficit appetitus cibi. aut ex forti dolore. ut est dolor oris stomachi et dolor colice et dolor ulceris articulorum et vulnerum nervorum et capitum musculorum. aut ex suffocacione matricis ex vaporibus frigidis ascendentibus de matrice ad cor aut ex morbo accidenti in corde et ex hoc mors sequitur subito et sincopis accidens in paroxismo febrium fit aut ex causa doloris accidentis ex caliditate aut ex manacione humoris putridi ad stomachum aut ex apostemate febricitantis accidente in aliquo membro eius aut ex debilitate oris stomachi fit eciam sincopis ex accidentibus animi ut ex terrore et impetu Et signa Sincopis communia sunt frigiditas extremitatum. debilis anhelitus et primus recurrens calor et quando vocat laborans

sinocopi non videt quasi esset in partibus longinquis.

Morborum accidentium in instrumentis nutrimenti quidam sunt in 30
ysofago quidam in stomacho et intestinis aut in epate aut in splene
aut in ore cistis fellis aut in renibus aut in vesica. Sed morbi qui acci-
dunt in ysofago aut sunt in corpore ipsius aut in meatu ipsius. Et qui
sunt in corpore ipsius est debilitas virtutis atrahentis cibum vel expellen-
tis eum per vomitum. Et debilitas ipsius fit ex mala complexione vel mor-
bo officiali vel separacione continuitatis et mala complexio aut erit calida
aut frigida aut humida aut sicca. Et apostema officiale est ubi aliud apostema
quod fit aut calidum aut frigidum et separacio continuitatis si fit per longitudinem
infert diminucionem in atractione et si fit per latitudinem infert diminucionem
in expulsione. Et morbus accidens in meatu ipsius est opilacio et fit ex a-
postemate calido aut frigido et signum opilacionis accidentis in meatu
ipsius est prohibicio penetracionis nutrimenti ad stomachum et quando
putrescit apostema eius paciens patitur rigorem et orripilacionem et fortificatur
febris et in stomacho fit morbus aut in ore aut in fundo et est proprius
aut communis. Et quando fit exaltacione alicuius membri ut cerebri in vigiliis
et permixtione mentis in febribus et in epilencia spasmo et subet sed
ex communicacione cordis cum eo fit sincopis et similiter et morbus ipsius stomachi
aut fit quando ei et in omnibus suis sicut est mala complexio separacio
continuitatis et apostemata. Sed ipsius ut est corrupcio appetitus appetitus
caninus et alii morbi de quibus dicturi sumus. Si mala complexio
eius aut erit calida vel frigida vel humida vel sicca vel composita de eis
et cura composite complexionis esse debet ut singularis cum composita.

Mala complexio stomachi aut fit ex equalitate singulari aut cum materia 31
et materia aut erit colerica aut flegmatica aut melancolica et siccitas
et humiditas eius non sunt curabiles quia si conducant et humiditas ex
ea fit ydropisis et similiter si conducatur siccitas ex ea fit consumpcio que dicitur
senilis et apostemata stomachi aut sunt calida aut frigida et distinguitur
inter malam complexionem stomachi singularem et inter malam complexionem
stomachi cum materia de eo quod mittitur per vomitum post sumpcionem laudabi-
lis nutrimenti et si mixtum est cum aliquo humore tunc dicitur cum materia
et si caret aliquo humore tunc dicitur singularis cognoscitur etiam per urinam
quia si post sumpcionem equalis nutrimenti erit spissa et grossa tunc sig-
nificat scilicet malam complexionem cum materia. et si est subtilis et clara tunc
significat scilicet malam complexionem singularem etiam cognoscitur per
egestionem post sumpcionem nutrimenti equalis et si egitur stercus mi-
xtum cum aliquo humore tunc dicitur mala complexio cum materia. Si autem
erit singularis etiam per inflacionem venarum corporis et earum replecionem
cognoscitur etiam scilicet separacionem continuitatis cognoscitur significatio cum eo quod [illegible]
dixi in sputo sanguinis et iam dicta est cura ipsius ibi. Et corrupcio appeti-
tus cibi fit autem ex augmento aut ex diminucione ex defectu aut in circuitu
horribili ut accidit in malaciam et augmentum appetitus quando fit in
quantitate ex inde fit fames canina et malaciam ut plus fit in pregnantibus
penes congregacionem superfluitatis male in ore stomachi in parte que superfluit

de sanguine menstruo · de qua nutritur embrio quia pars ipsius utitur in nutrimen
tum embrionis et pars alia que est minor in bonitate tendit ad mamillas et
fit in lacte et pars peior si remanet in stomacho tendit ad os ipsius et inducit
appetitus malos et accidit in mulieribus in mense tercio et cessant in mense
quarto, quia embrio dum est parvus nutritur cum modico sanguine et maior pars
ipsius remanet tunc quando magnificatur et nutritur cum maiori parte ipsius sanguinis
et non remanet aliqua pars eius in ductus Gualtan Et bolismus est dolor
intensus in membris et stomacho quando patitur fortem frigiditatem non appetit
et quando desiat eius appetitus · appetunt membra cibum de stomacho et non
dabitur eis et exinde fit fames quia in omnibus membris non eporte sto!
et distinguitur in hunc morbum et inter appetitum caninum quia in isto morbo
deficit exinde macilentum fit corpus et debilitatur virtus et in appetitu canino ap
petitus est fortis et membra sunt membra sunt repleta /

Dolor stomachi accidit in ore eius ex mala complexione calida et cognoscitur
32 scitur quia per mitigacionem doloris ex posicione rerum frigidarum per actum
super stomachum et sumptione rerum frigidarum per potum aut fit ex colera ma
nante ad os stomachi et hoc sequitur frigiditas extremitatum sincopis fortis
esset · est morbus fortis et possibile est quod pereat laborans ex dolore
et manat colera rubea ad os stomachi quando tardi fit sumpto nutri
menti et ponens dolorem vehementem et angustiam magnam et ex dolo
re ipso fit morbus quem sequitur mors fit etiam ex flate putredo manante
ad os stomachi inducente lamentacionem et tribedinem et totum illud accidit
ex sensu oris stomachi ex prompcionitate eius ad dolor Sed sitis intensa accidit
ex caliditate oris stomachi vel stomachi vel intestinorum simul ex humore salso congregato
in tunicis ipsius vel in intestinis gracilibus vel in meseraicis vel ex caliditate e
patis vel ex caliditate pectoris et pulmonis et distinguitur inter sitim que
fit ex caliditate pectoris et pulmonis distinguitur et inter sitim que fit ex parte
stomachi et intestinorum et epatis causa sitis que fit ex caliditate pectoris
et pulmonis mitigatur per immissionem aeris frigidi · et que fit ex caliditate
stomachi vel epatis non mitigatur nisi per potum aque frigide · et dixit · G.
quod quidam passi sunt sitim fortem et non sunt mitigati per potum aque frigide
neque per immissionem aeris frigidi et mortui sunt ex ipsa siti quia quidam
ipsorum comederant tyrus sitim inferentes et quidam sumpserunt in potu
de vino in quo cecidit Tyrus · et quidam de vino vetusto quorum stomachus
sunt calefactus valde · et quidam ex defectu aque in navibus sumpserunt de
aqua maris et mortui sunt ex siti et quia quidam levificata est ut ex potu
aque maris et evacuate sunt exinde humiditates corum corporum Sed morbi
accidentes in fundo stomachi sunt mala digestio sacietas nauseata fluxus
ventris cum vomitu appellatur Sayda · dyarria lienteria nauseativa sin
gultus inflacio ventositates et ructuacio · quia cibus quando non descendit cito
de stomacho dicitur tarda digestio et quando non digeritur perfecta digestione
et malus erit tendens ad qualitatem malam dicitur mala digestio et quando
non digeritur nec descendit penitus et corrumpitur in stomacho dicitur in
sacietas nauseativa et mala digestio fit ex caliditate vel frigiditate vel
ex humore colerico vel flatico vel melancolico vel ex sacietate nauseata vel ex Sayda ·

a Yda est evacuacio quedam colerica facta per vomitum et fluxum ventris et fit 33
ex corrupcione cibi secundum modum corrupcionis aut ex multitudine eius
aut malicia aut viscositate unde mutatur ad coleram rubeam et expellitur
a virtute expulsiva ex lesione ipsius et pars eius que subtilior ascendit
ad os stomachi et emittatur per vomitum et pars eius residens in fundo stoma
chi emittitur per fluxum ventris vel fit ex manacione alicuius colere facta ad
stomachum et cetera. significacio cuius per illud quod emittatur de corpore per vomitum
et per fluxum ventris et planitacionem nauseam et sitim et in hac erit cum le
sione modica et penes evacuacionem cibi corrupti fortificatur dolor ex
acuitate colere et acetositate illius quod emittit per vomitum pungens y
sofagum vel per fluxum pungens intestina et animi et exinde fit lassitudo
turbedo nausea cum temporibus planis subtili nare frigidis extremitatibus
penes fortitudinem ipsius accidencium et multitudine humorum paratorum ad corrup
cionem in corpore Et diarria est quedam evacuacio materie subtilium et fit
ex malicia regiminis cibi aut replecione venarum aut ex oppilacione opilante in
mesaraicis aut ex humoribus salsis manantibus ad stomachum Et signum
eius est salsedo oris aut acuitas erit in ore stomachi cum siti et exinde
fit dissinteria et nisi sit acuitas neque salsedo et exinde non fit dissenteria sed
fit debilitas virtutis et distinguitur inter diarriam et ydram. ex cum ydra
erit vomitus et cum diarria non. Et ydra est morbus calidus brevis
termini Et diarria est morbus longus et quandoque diarria fit sicut
accidens in biduo aut triduo iuxta congregacionem humoris in membro a quo
expellitur ad stomachum ad intestina ut accidit in febribus fit etiam
diarria ex humiditate flegmatica obtenta in intestinis ex qua fiunt in
flacio et torcio et hoc fit in modica quantitate et moram longam trahit in
tempore sui emissionis Et lienteria est quedam lubricacio intestinorum
ex qua labitur cibus cito de stomacho nulla mutacione facta in forma eius
et fit aut ex debilitate virtutis retentive vel ex causa male complexionis
frigide et humide et viscose dominantis super stomachum et intestina et lubricantis
intinguentium aut ex fortitudine virtutis expulsive si in stomacho sunt
pustule vel ulcera que pungit cibus in transitu eius unde cum expellit
natura et emittit statim et cetera. significacio cuius per illud quod erit in ore et
lingua de pustulis. et per caliditatem et siccitatem que erunt in ore et dixit
Ypocras. ructuacio acida si fit in lienteria non ante cum. ad signum lau
dabile est et bene dixit quia ructuacio acida non fit nisi penes mutaci
onem nutrimenti quando trahit moram in stomacho et retinetur a virtute
Set nausea et vomitus fiunt ex multitudine nutrimenti et eius ponderositate
super stomachum aut ex malicia ipsius si erit horribile amarum aut
pungitivum aut ex humore pungitivo Et si erit in concavitate stomachi in
ducet vomitum et si inter tunicas et exinde infunduntur provocabit nau
seam et huiusmodi humor aut nabit ad stomachum aut generatur de eo
et si fit ex humore generato de eo erit nausea intensabilis Et si ex humore
manante ad eum mitigabitur aliquando post sui manacionem. et hec
significacio super punctionem humoris per exitum eius per vomitum
si colericus est vel flegmaticus fit etiam vomitus ex parte crisis penes
expulsionem virtutis ex humore inducente morbum Et singultus e

quidam spasmus tunice stomachi inferioris et fit ex repletione vel inanitione
vel ex mala complexione frigida penes sumptionem alicuius nutrimenti
frigidi sicut accidit in senibus vel ex sumptione alicuius nutrimenti acuti vel aque
potum vetusti et fortis Sed inflatio et rugitus fiunt ex modica caliditate di-
gerente nutrimentum et ex sumptione alicuius nutrimenti generantis ventositates
ut fabarum fasceolorum et similium cum in hora ventositatum paruum modicum
erit et significatio humus fletur permutamentum procedens et ructuatio fit
ex ventositate quadam inflante stomachum et ascendente ad os et si va-
pores humorum sunt calidi erit ructuatio fumosa et si ex humoribus fri-
gidis erit ructuatio acida fit etiam ructuatio acida ex cibariis frigidis vel
multis debilitantibus caliditatem nutrimenti in sua digestione et quando
retinetur ructuatio ex inde generantur ventositates et inflationes [illegible] valde

3º Morbi accidentes in intestinis sunt dissinteria intestinorum vel epatis
Tenasmon colica yleos ventositates vermes et lumbrici et tortio
et ulcera intestinorum videlicet dissinteria fit post evacuationem humorum
acutorum et in principio eius emittitur quedam humiditas flegmatica
que est humiditas viscosa illinita super interiora intestinorum excoriata
ex acuitate illius quod transit super eam deinde emittitur rasura deinde aque
pes corporis intestini et si in rasura sunt pelle carnium magne significat
sic corrosionem corporis intestinorum dum procedit morbus ad tunicas
interiores deinde emittitur de orificiis venarum sanguis similis aque
fetenti et in colore et substantia pinguedini et hoc fit ex caliditate liquefaciente
pinguedinem intestinorum et si longum sit tempus huius fiet similis feci
et erit sanguis melancolicus adustus ex fortitudine caliditatis et hii
duo morbi sunt mortales precipue si fiunt cum fetore et hoc signum
super ulcus intestinorum ex pluribus surrectionibus in uno momento factis
quia punctio fit absque tortione et illud quod egreditur non miscetur cum fece
significat quod ulcus est in intestino sed et si miscetur cum eo parum significat
quod est in intestino orbo et colon et distinguitur inter ea quia dolor erit
in inferiori termineto umbilici in ulcere intestini grossi et punctio erit in
umbilico si est in intestinis gracilibus et dissinteria epatica est fluxus
sanguinis puri non mixti cum fece et est similis in principio lotum car-
nium deinde fiet ruffus deinde niger de specie melancolie et distin-
guitur inter dissinteriam intestinorum et dissinteriam epatis quia
in dissinteria intestinorum erit fluxus continuatus cum rasura pau-
latim paulatim et in ea que est de epate fluxus fit in uno momento
subito absque rasura cum alleviatione et possibile est quod sentiatur dolor
in partibus epatis et aliquando cum sanguine procedente de epate
emittitur colera rubea de intestinis et cum ea emittitur rasura unde
peritus medicus firmiter debet considerare et subtiliter ad cogno-
scendum distinctionem ipsarum bona notitia. Sed cum autem perturbat i-
cura ipsarum Et colice quedam species fit ex flatu in clauso in tunicis
intestini quod appellatur colon et quedam ex ventositate extendente
illud et quedam ex apostemate. Et in illa que fit ex flatu erit ructuatio
acida et sentiet paciens quod intestinum quasi perforatur a perforatorio et

hoc sequitur nausea cum vomitu flatus et constipatio erit fortis cum qua non
egredietur aliqua ventositas et in frigidatur a parte inferiori umbilici illa vero
que fit ex ventositate sequitur extensio et doloris transmutatio cum ructu absque
ponderositate. corticem et nauseam leviis erit egestio et natat super aquam
et assimilatur stercori vaccino et cum illa que fit ex ytere est febris sitis
ardor et nausee et cum dolor est punctivus et vomitus colericus et hec dicuntur peior
aliis speciebus colice et ut plus extra accidit yleos et dolor colice assimilatur
dolori renum et distinguitur inter eos quia dolor colice est fortior et acutior
et durabilior et dolor renum est debilior et est in loco renum proprie Et morbi
ani sunt emorroydes fissura apostema calidum et eius egressio et emor-
royde si non apparent supponatur ano clisteris primo aut ventose cum igne
in bombace et inflabitur anus manifestabuntur et super apostema hoc signi-
ficatio per inflacionem et dolorem et dysuriam et si calidum erit rubedo et
mitigatur per potationem frigidarum per aliarum super illud.

Morborum accidentium in epate quidam appropriantur ei et quidam par- 35
ticipant cum eo alio et qui appropriantur ei sunt debilitas eius apo-
stemata et opilationes et qui participant sunt ydropisis Sed debilitas
epatis aut fit ex eo quod debilitat actiuitatem eius in conversione nutri-
menti aqua et inde erit egestio liquida declinans ad albedinem vel ex
debilitate eius in retentione et inde fiat inflatio grossa et mollis vel ex
debilitate eius in digestione nutrimenti inficiendo in sanguinem. vel debi-
litas eius erit ex mala complexione calida vel frigida vel humida vel sicca
et apostemata eius sunt aut calida aut frigida et opilationes. aut sunt
in orificiis venarum eius dum sunt in vena cognita porportarium
aut in vena que est in gibbo epatis Et si opilatio sit in gibbo epatis.
urina erit subtilis et aquosa Et si in rotunditate egestio erit liquida
Et distinguitur inter apostemata accidens in rotunditate epatis et inter apostemata apa
accidens in gibbo eius quia cum eo quod erit in rotunditate deficiat ap-
petitus cum singultu et vomitu colico vel est vitellinorum et eruginem
et cum constipatione ventris sincopi et frigiditate extremitatum tamen cum
tussi et strictura anhelitus minor Sed si erit in gibbo eius erit tussis for-
tior in strictura anhelitus debilior et furcula gibbositatem faciat ad frig
cum ponderositate sub ypocondriis. cetera fient signa in principio deinde
nigra et quando tangitur apostema sentietur in forma lunatica et crossior
et cum hoc distinguitur inter ipsum et apostema accidens in musculo
induto super epar Certa forma apostematis gibbi epatis est ~~eri forma~~
ut forma lunaris et forma epatis musculi est quadrata aut lon-
ga et aliqua extremitas eius et aliqua grossior

Ydropisis fit ex debilitate virtutis epatis generantis sanguinem ex frigiditate 36
complexionis aut ex corruptione accidentis in aliquo membro vicino ei
sicut est stomachus cuius digestio est debilitata. unde mittatur nutri-
mentum crudum ad epar et debilitantur renes in attrahendo aquositate
sanguinis Et ydropisis species tres sunt. est asclites. et dicitur ydropisis aquosa

et est timpanites et dr ydropisis ventosa et est yposarca z dr ydropis
carnosa Et carnosa est quedam conduato humiditatis flatice sup membra
corporis ex mutatione nutrimenti in epate ad humiditatem fleumaticam.
et hoc accidit in epate ex parte duro vel ex parte splenis vel fluxu sanguis
intensus vel retentione sanguinis menstrui vel emorroidarum vel ex frigiditate
epatis vel post febrem longam ex causa potus aque multe z inordinate di
gestionis nutrimenti vel ex parte morbi acuti dissoluentis uirtutem epatis Et
morbus iste dicitur periculosus quia laborans eo non pt saluari ab eo quia
non pt curari cum calefactiuis ex augmento ipsorum in caliditate nec
in frigidatiuis ex augmento ipsorum in ydropisi et ydropisim cuius tamen
est morbus stomachi sequitur diarria tamen illa que fit ex apostemate
erit tussis cum constipatione nature et si in ydropico superuenit tussis
cum fluxu colerico nulla iuuabit eum z morbus tristis coloris rubee.
sunt ytericia accidens ex opilatione ipsius vel ex debilitate uirtutis atra
hentis coleram rubeam Et distinguitur inter eas quia tamen illa que ex o
pilatione erit grauedo in epate. et cum ea que fit ex debilitate uirtutis
predicte non erit grauedo in epate Et ytericia fit ex opilatione cistis
fellis et significatio eius habetur per egestionem albam z urinam citrinam
vel fit ex parte epatis cum qua erit fluxus colericus vomitus cole
ricus cum febre et grauedine in latere in late dextro vel fit ex forti
tudine caliditatis epatis et signum huius est vrina rubea cum non pest
spuma citrina Et si caliditas est valde fortis erit vrina nigra z que
est ex caliditate epatis z venarum accidit subito Sed alie ytericie accidit
paulatim z hoc erit aut ex expulsione uirtutis in colera rubea in die cretico
in morbo colerico et erit cum hoc declinatio morbi et eius mitigatio
erit ex mutatione humorum. ad coleram rubeam ex parte qualis alicuius
venenosi vel medicaminis mortiferi et morbi splenis sunt debilitas eius
opilatio et apostema et ventositas z quando debilitatur in atractione co
lere nigre superuenit exinde ytericia nigra z quando debilitatur in
retentione ipsius colere superuenit exinde fluxus colere nigre in tpr
eius z debilitas eius fit ex mala complexione calida aut frigida et
opilatio eius fit ex humoribus grossis viscosis adherentibus in meatibus
eius cum qua erit ponderositas et possibile est quod accidit exinde
ytericia nigra z eius signum est extensio z apostemata eius sunt calida aut
frigida et sequuntur apostemata splenis macies corporis dixit ypocras quando
eius magnificatur splen macrescit corpus z quando contabescit impinguatur
corpus et hac de causa hoc fit quia magnitudo splenis significat
sup malicia humorum corporis quod non mutantur ad nutrimentum utile cor
pori et paruitas ipsius significat sup bonitatem humorum corporis quod
mutantur ad bonum nutrimentum eius.

Morbi renum sunt apostemata vlcera lapides arena mictus sanguinis et sa
3a mici dyabetes videlicet fluxus vrine quia in eo illud quod bibitur
mingitur cito et apostemata ipsorum sunt calida aut frigida z vlcerie e
mittuntur cortices z quasi partibus similes carnium ex corrosione carno
sitatis renum etiam si fit fluxus vrine semper absque difficultate et

lapides et arena accidunt ex calliditate forti renum ex humore grosso desic
cato calliditate et ipsi petrificantur cursum dierum ipse scilicet de infantibus puris
clara est subtilis urine egreditur et pars eius grossa residua in eis du
ra fit et secundum illum modum fit ipsa generatio lapidum et arene sollicit
balmorum generantur etiam lapides in vesica in intestinis articulis et epate
et dixit .G. quod ipse viderat quendam qui patiebatur tussim continue
qui expuit lapidem et mitigata est tussis eius et viderunt aliquem cirur
gici quod ipsi extraxerunt de facie eiusdem patientis lapidem qui erat in
glandula et de manu alterius patientis extraxerunt alium lapidem
et magnificatur quousque lapis in quantitate mirabili et vidi ego in ma
tristen lapidem egressum fuisse de quadam muliere cuius pondus erat
circa .xv. et post exitum eius pluribus ponderatus fuit et in ventus e
in .3. .xxx. et plus. et color arene eius esse est citrinus aut ad modum
coloris arsenici ruffi aut ad modum coloris arene aut ad modum co
loris cineris Et mictus sanguinis aut ex causa exteriori fit ut ex casu
vel expercussione .aut ex causa interiori fit aut ex multitudine debilitate virtu
tis contentive que est in renibus aut ex debilitate retentive virtutis que
est in venis que non permittit urine sanguinem et exinde sanguis emittitur cum
urina et in hac dispositione non accidit dolor et si accidit modicus est
et sanies aut erit in ulcere renum. aut in ulcere vesice et hoc cognoscitur
ex parte precedenti et per oppilatione accidentem penes generationem saniei
et ex inde accidunt febres diuformium paroxismorum/

Ubi vesice sunt lapides generati in ea apostemati ulcera distilla 38
tio urine ardor eius difficilis exitus eius et exitus eius non
voluntarius Et signum lapidis est dolor in vesica et locis attinen
tibus eius pruritus in ventre et tentigo eius quousque et renibus mollicies
absque spermate. urina turbida subtilis alba et exitus eius difficil
et exitus arene cum ea quod ubi potes scire si in vesica est aliquis la
pis iaceat paciens super dorsum et eleventur pedes eius et commoveantur
cum forti commotione et epithima fiat super vesicam cum aqua calida
et oleo et ungatur cum manibus ad sursum ut ascendat lapis et si
non mingit expellatur lapis cum instrumento catheter. quo movebitur
et exibit post hoc urina et ob hoc cognosces quod lapis est in vesica et
cum exierit erit dolor in pectine et senciet in capud subtactu erit.
difficilis mictus et fortis et constipabitur natura et sanies de ulceribus
vesice erit maior exitu eius de ulceribus renum et difficilis mictus et
distillatio urine erit aut ex debilitate virtutis expulsive penes mal
liciem vesice in eius restrictione super urinam et eius compressione
Et habetur signum super hoc quod iaceat paciens super dorsum et comprimatur
vesica et si expellitur urina erit ex ipsa causa aut ex parte accidente in
collo aut in musculo eius aut ex humore viscoso in meatu urine ex
quo fit oppilatio Et habetur signum super hoc ex eo quod post eam est de libariis
grossis et viscosis. aut ex oppilatione aut ex sanguine coagulato aut
ex humore calido et pungente Et habetur signum super hoc per urine rube
dinem et ardorem eius in extremitate veretri Set exitus urine absque vo

humiditate est sicut in eo qui mingit in lecto est ex mollitie musculi circum
ferentis in collo vesice et debilitate virtutis retentive ex humiditate
membrorum et defectu virtutis attractive ad vesicam et morbus dissat. et
ruptura et vulnus accidens cum ea et exitus zirbi et intestinorum
extra. Dissat erunt in locis circumstantibus umbilici et in partibus in-
guinalibus aut in testiculis fit ex motu intenso aut humore viscoso
aut ex ventositate inflante ventrem et intestina aut ex humiditate visco-
sa lubricante intestina et distinguitur inter hunc morbum et inter
apostema quod iaceat patiens et eo supinato locus eminens ad in-
terius cum manu et si revertitur ad interius et absentatur eminentia
ex ruptura dicitur et si non revertitur et eminet dicitur apostema et si est
super umbilicum parvum erit nocumentum dolens et si erit super umbilicum
multum non dolebit et eminentia umbilici est ex ruptura dissat.
in loco umbilici et si fuerit ex ventositate tactus eius erit lenis et si
est ex eminentia ex carnositate tactus eius durus et si est e-
minentia ex ruptura alicuius arterie color eius violatus et si
est ex humiditate non dolebit per eius compressionem et tactus eius erit
lenis et si exitus intestinorum est erit cum rugitu et expelletur quando
tangitur cum manibus et magnificatur umbilicus quando ingreditur
balneum et morbi locorum generationis aut sunt in testiculis aut in ve-
retro aut in matrice aut in mamillis et morbi testiculorum
aut sunt in eis aut in locis intermediatis eis aut in dissat eorum
aut in pelle ipsorum aut in venis ipsorum Sed morbi accidentes
in corpore ipsorum sunt apostemata defectus appetitus aut multa
manatio spermatis et apostemata aut sunt calida aut sunt frigida
et frigida aut melancolica aut flegmatica et calida aut colerica
aut sanguinea /

Morbi accidentes in corpore testiculorum et dissat circumferente
39 eos sunt congregatio aque in eis et extensio intestinorum in eis
et fiet significatio super extensionem intestinorum quia patiens
petit exercicium et erectionem corporis et retentionem anhelitus et
reversio ipsorum ad supinus erit tarda et ad ipsum locum veniet aliqua
pars stercoris et retinetur in eo et cum eis erit rugitus cum dolore
et partem per eius compressionem sed ea multa et hoc autem accidit inter pellem
testiculorum et dissat. et est eminentia carnosa que fit ex materia
grossa nisi post curam eminentie aquose factam in estate et autem
in venis testiculorum et dicuntur varices que fiunt ex materiis grossis fluentibus
ad venas ipsorum et signum ipsorum est apparitio venarum repletarum molliarum
testiculorum difficilis motus corporis et ut plus hoc accidit in testi-
culo sinistro ex debilitate ipsius Sed morbi in pelle ipsorum accidentes
sunt pustule et ulcera et pruritus et morbi scroti aut in corpore
sunt aut in meatibus ipsius Sed in corpore eius fit dilatatio et erectio absque

appetitu coiens secitas et apostemata ulcera et morbi accidentes in
meatibus eius sunt oppilatio et siccitas ex ventositate in eius corpore eius et ut plus hoc sit in apostemate acuto et in excretione forti
et cum hoc sit quoque spasmus et si declinat laborans eo ad spasmum mo-
rietur cito pones in flaccionem ventris et sudorem ipsius frigidum Et
ulcera et papata accidunt in eo ut accidunt in aliis membris. et
signa ipsorum sunt ut signa ipsorum.

Morbi matricis sunt fluxus sanguinis. retentio menstruorum manatio 90
humida precatio matricis ventositates inflatio apostema calidum vel
frigidum. dubayla cancer. mola. emorroides fissura in ore matricis ulcera
in ore eius exitus eius adextrus declinatio eius ad aliquod latus defectus
impregnationis multus aborsus fetum et difficultas partus retentio secundine
et mors embrionis subitanea Et retentio menstruorum est exitus ipsorum
a cursu naturali. unde dicere volo que sunt menstrua naturalia ut cognoscatur exitus
ipsorum a cursu naturali Et quando menstruorum naturaliter sit in feminea etate. x.
annorum usque ad xiiii. annos. et defectus ipsorum maxime sit naturaliter. xxxvi.
annorum usque ad xl. annos, et continuus ipsorum naturaliter secundum plus
et minus tendit ad vii. dies. et si crescit de non naturalis et inter quoslibet
duos continuus sunt. xx. dies. usque ad menses duos et si retinentur vel
istum modum preteriunt tunc est exitus ipsorum a cursu naturali ex aliquo mor-
bo in matrice aut in toto corpore in matrice non sunt ut oppilationes
accidentes in venis aut grossities sanguinis. et oppilationes sunt ex parte
aut humoris viscosi aut vestigio ulceris consolidati sit etiam ex fluxu
sanguinis matricis aut ex exitu sanguinis de strumosis vel ex fluxu sanguinis
e naribus et in toto corpore namque sunt ut febris corruptio complexionis
ydropisis et pinguedo corporis intensa infestans venas et eas constringens et
manatio humida sit de matrice aut ex debilitate eius aut ex aliquo humore
manante ad eam et cognoscitur significatio super humorem per colorem rei egredientis
quod mittitur destinatur supponatur pannus mundus et albus et extrahatur
et ponatur in sole deinde inspiciatur in eo et si color ipsius est ruffus ex san-
guine sit Si citrinus ex colera rubea est. Si albus ex fleumate est. Si niger
est ex melancolia. Et precatio matricis est defectus inspirationis accidens
ex parte matricis et circa ex communicatione accidunt plures morbi mali. et
communicatione cerebri fiunt Scoti fortis. et plures alii modi morbi et
communicatione cordis sunt Sincopis et alii mali morbi. et hic morbus forti-
ficatur et alleviatur iuxta divisum paroxismum ipsius ad modum epilencie
et ut plus patitur mulier propter fortitudinem et mirabilem paroxismum in
ea et sit huius morbus aut propter retentionem spermatis mulieris aut propter
superfluitatem eius unde extinguitur caliditas ex prefocatione et infrigidatur
matrix aut ex retentione menstruorum aut ex causa alicuius medicaminis
quod sumpsit mulier ad prohibendum impregnationem et ut plus hoc accidit
in iuvenculis castis et hoc non potest fieri in virginitatis Et signum huius
morbi in prima paroxismo est permixtio mentis pigricies debilitas tibiarum
caliditas matricis humiditas oculorum et cum fortificatur et debilitatur
corpus. inde sit sincopis defectus sensus et vocis et exitu pulsu et

dinerso et debili et desiccante in fine negotii ita quod estimabitur quod mortua
sit mulier sed ponetur aliqua pars bombacis sive lane super foramina
narium et si movebitur non est mortua deinde utitur facies ad ru
bedinem quasi esset inflata attrahitur matrix ad superius et quando
incipit potissime alleviari mollificatur matrix et de ea emittitur humidi
tas modica in ventre fit rugitus cum exitu ventositatis de ano

Cancer fit ex capitate duro in matrice quod non sunt cito curatu et ipsa
91 dirum et petrificatum ex materia melancolica et ut plus fit penes
os matricis cum eo fit quandoque ulceratio et quandoque non et qui est absque
ulcere cognoscitur per dolorem fortem in inferiori parte ventris pectore
et dorso et per grossitiem apparentem in pectine et ore matricis sed qui
est ulceratus albus erit cum corrosione putrescente et nisi sit sordi
dus color erit declinans ad viriditatem aut rubedinem aut ad
nigredinem et ut plus fluit de ea humiditas fetens et inflantur vel
tenditur venter ita quod existimabitur quod est pregnans et per longum tempus
ipsius meditabitur quod sit ydropica Et distinguitur inter eas per du
ritiem quia duricies non est in ydropisi verum tamen si sit vetus
ad ydropisim declinabit passio Et dicitur quod mola est quedam caro generata
in tunicis matricis Et quod quedam mulier aborsum facit de quadam
carne ad modum aborsus fetus et ulcera matricis aut fiunt ex percussi
one vel pressione aut ex concussione aut ex forti partu vel attractione
secundine et fetus mortui vel ex pessulis acutis et cognoscitur per
palpationem matricis cum instrumento facto ad hoc quia videbitur et
cognoscitur sed ipsius per id quod emittitur de matrice et si assimilatur feci
significat quod extrema apta est et si est sanguis fetens et niger significat se
corrosionem Et si sanguis est rufus significat se residuationem ipsius.
Et si est similis loture carnium significat se consolidacionem in ulceris Et si id
quod emittitur est sanies spissa et alba non fetens significat se mundi
ciam ulceris et declinatio matricis aut exitus eius erit ex causa
exteriori aut interiori Sed ex causa exteriori fit ut extractione secundine
aut fetus mortui pones difficilem exitum ipsorum vel ex casu ceci
denti de alto loco super sellam ipsius vel ex forti timore ut accidit
mulieri naviganti super mare vel ex tribulatione mortis alicuius ali
filiorum eius Sed ex causa interiori fit ex humiditate flegmatica lu
bricante matricem Et tortura matricis fit ex humore multiplica
to in aliquo latere ipsius inclinante ipsam ad illud latus.

Firmatio impregnationis fit ex parte mulieris aut ex parte viri Si
92 si vis hoc scire sedeat mulier super scapium perforatum coopta
cum pannis bene ut fumigium sub scampnum factum non possit egredi
ex aliqua parte nisi per foramen factum deinde fiat fumigium sub scapno
ipso ut ascendat per foramen ad matricem ipsius et si in venit odor fumigii

in ore mulieris excusanda est mulier quia non est ex parte eius sed ex parte viri et nisi inveniatur odor fumigii in ore ipsius privatio inpregnationis erit ex parte mulieris et si vis temptare si est ex parte viri ponatur sperma ipsius super aquam et si spargitur super aquam dissolvitur et malum est et non est adquirendum et si profundatur in aqua et residet et non vacat significat quod bonum est et potest esse causa ex parte viri propter eadem cum suo sperimate ut accidit arbori que non fructificat. fit aut extranea mulieris ex mala complexione matris aut morbi officialis ut humoris putridi inclusi in concavitate ipsius vel ex pinguedine mulieris vel defectu menstruorum aut ex mala complexione aut vapore calido adurente sperma aut frigido coagulante illud aut humido liberante ipsum aut sicco grossante illud Et morbus officialis est ut opilatio et humor qui est in concavitate matris aut erit flegmaticus vel colericus et significatur super ipsam per terram emissam deca et signa significativa super impregnationem sunt fortis recollectio oris matricis ita quod non potest ingredi caristus in eam non ex apostemate neque ex duricie et in tempore coitus sentiet vir quod matrix quando sugat foramen veretri ut facit sanguisuga et mulier non appetit coitum et dolor venarum ipsius erit viridis et mamille erunt erecte plus quam erant et oculorum albedo erit livida aut declinabit ad viriditatem siccitas erit in facie eius cum nausea paucus appetitus bonus sed erit ad res malas et potest fieri temptatio prout docuit Ypocras quod bibat mulier de aqua mellis et si exinde fit torsio circa umbilicum pregnans est Si autem non Et significat fetus si est masculinus vel femininus quod sunt cum sit color mulieris est remissior motus acutior et venter recollectus et rotundus. et caput mamille rubeum masculus erit quia in femina color erit turpis motus tardus venter longus et caput mamille cognoscitur si est femina vel masculus quod distillatur super speculum de lacte mulieris si recolligitur gutta et fit ad modum perle Si autem femina Et causa aborsus interior est ex humiditate viscosa aut ex debilitate virtutis retentive aut ex repletione aut ex provocatione sanguinis Et exterius ut ex casu aut percussione voce magna et sternutatione continua aut ex medicamine laxativo aut fluxu sanguinis aut inanitione vel ex fluxu ventris per laxativum propter quod fit aborsus fetus et morbi mamillarum sunt ex mala complexione et signa earum sunt in eis ut in aliis membris et sunt aut ex parte calida frigida vel duro fit etiam in eis coagulato sanguine et cum nodulato et dixit Ypocras quod hoc significat super maniam et dixit G. quod intelligo non est sed tamen fit mania penes ascensionem vaporum ipsius sanguinis nodulati ad cerebrum et siccitas mamille in tempore inpregnationis significat sicut aliquod accidens malum contra fetum aut sicut aborsum ipsius Et si sicca fit una mamillarum impregnata est de geminis unus eorum fetum patietur Et si mamilla est dextra masculinus Si sinistra femininus.

Subsequens capitolum continet tabule plures inter tabulas.

99 Morbi AnchArum et pedum sunt Sciatica et dolor articulorum Et
distinctio est inter Sciaticam et dolorem articulorum quia do
lor in Sciatica erit in superficie ossis coxe tendens ad articulum genu
et usque ad calcaneum et extremitatem pedis ex parte silvestri et dilatatur
quandoque ancha in hac passione ex causa ventositatis humoris eius per
longum tempus passionis attenuatur pes et accidit claudicatio Tamen
dolor articulorum habetur cum apparet in aliqua iunctura et si accidit
in iunctura calcanei et digitorum dicitur podagra et in pollice Si
in aliis dicitur artetica · et artetica fit ex debilitate articuli et ex ma
teria fluente ad eum et replente et extendente eum et ista debilitas
aut est naturalis aut acquisita Et acquisita fit aut ex labore multo
aut ex percussione aut expercussione expulsa a membro nobili ad eum · aut
coitu assiduo coitus et ipse post repletionem cibi et ob hanc causam
Ypocras dixit · quod non fit in pueris nec in eunuchis podagra quia non
coeunt et in eunuchis quandoque fit tamen raro ex usu regiminis generante
superfluitatem in corporibus ipsorum sed in pueris minus fit Itaque G. dixit
quod non vidit hoc fieri singulariter nisi penes dolorem articulorum ge
nuum et manuum et si passio sit sunt extrema cruciationis in articulo pedum
et in mulieribus parum fit hec passio nisi penes retentionem menstruorum
parum et dixit · G. quod vidit hanc passionem fieri in quadam muliere
provocatis menstruis eius causa instrumentorum malorum et quoniam me
brum invenitur debile multe materie fluunt ad illud et ex debilitate eius
in expulsione viciatum erit inter omnia membra corporis Ideo patitur
valde illud membrum Et materie hanc passionem inducentes et arte
ticam si sunt sanguinee eius signum inflatio in loco leso et iuvabilia e
runt inflationi dolori et pulsationi frigida supposita eidem Et nocina
sunt calida supposita eis et regimen precedens erat generans sanguinem
Et si sunt colerice signum ipsarum erit citrinitas coloris · fortis dolor et
parva inflatio in locis proximis articulo et iuvabilia sunt ei frigida
supposita ei et nocina sunt calida et regimen precedens erat generans
coleram rubeam Et si sunt melancolice signum ipsorum erunt liuidi
tas eius coloris declinans ad nigredinem et duricies apostematis
et iuvabilia sunt calefactiva et humefactiva et regimen precedens
erat melancoliam et si sunt flegmatice signum ipsarum erit albedo
coloris modicum apostema et dolor erit in proximo membri et iuva
bilia sunt calida supposita ei et regimen precedens erat generans fla. e
rant etiam ipse materie composite sunt iuxta quatuor humores et habe
signum statim · super eas ex diversitate signorum et quando durat per longum
tempus in membro flemma viscosum crescit in grossitie et viscositate
ipsius et ex inde generantur lapides et quando hoc perficitur carebit cura
et sanatione et si curatur mendax erit medicus in cura ipsius

Et sic est finis capitulorum supra tabulas xliiii[or] suprius scriptis · amen ·

Iste liber concludendus est cum aliquibus Ca
nonibus adhibitis · ad pertinendum summam
bonitatem cuiuslibet cure, et cuiuslibet regiminis, ut paciens per eos
duci possit ad salutem eius corporis absque aliquo peccato. Cum principaliter
siquidem dignoscere debemus in tempore cure cuiuslibet morbi speciem
ipsius morbi · nec minus distinguere eius causam · egri virtutem naturalem
complexionem eius egredientem a natura · etatem et consuetudinem
ipsius tempus presens · et regionem egri · dispositionem omnem virtutum corporis
in tempore morbi · Distincta vero specie morbi et cognita causa eius
cum contrario, et eo quod gerit locum eius · extirpanda est ipsa causa,
cum propositum sit medici extirpare ipsum morbum quia contrarium eius eo
contrarium ex ...pit et post illud surgit et pars unius in superacione alterius
partis apparet · Subtilianda est enim consideracio in pondere medicine
et in quantitate eius racione intellectuali et electione artificiali · quia
propter excessum ponderis medicine quantitatis in uno aureo · egredietur
complexio modum eius · et declinat ad morbum et plus medicandi
est in hoc tamquam minus · Circa inspiciendum est subtiliter in
specie morbi et causa eius · et omnibus predictis Canonibus · et si sint
omnes aut pars ipsorum ad tribuendum iuvamentum morbo augendum
est in quantitate medicine et econverso · Si ipsi canones aut pars ipsorum sint
tribuentes iuvamentum medicine in contrarietate morbi diminuendum
est in quantitate medicine iuxta modum iuvamenti ipsorum · Ita tamen
quod non egrediatur modus medicine metas speciei morbi · quia non
est curandum calidum nisi cum frigido et generantibus vicem eius
neque frigidum nisi cum calido · Tamen augendum est et diminuendum
est in quolibet ipsorum iuxta ordinem supra dictum · Cum medicus quan
titate in qua erit patiens et morbi regimine · erit illud quod qualitatum discretio
eius quoque cure et regiminis perfectum modum sequi dignoscitur
quando fecit super terminos qualitatum et quantitatum ipsius · observata
semper dignitate virtutis ipsius corporis · quoniam conservacio virtutis
utilior est curatione morbi · quociens morbi cura inferre cogitur
virtuti debilitatem · cum finalis extirpacio morbi nulla fiat · nisi
per eandem virtutem que data est a deo benedicto in quolibet corpore

Condiciones virtutis et morbi ·

Virtus enim cum morbo tres habet condiciones · aut erit morbo for
cior et dominabitur ei · et non erit ei optima medela alicuius me
dici ut apparet in pluribus egris · qui sanantur absque medicamine a
licuius medici, aut erit debilior eo et morbus dominabitur virtuti
et eo quod dubitatum est super perdicionem egri · tunc optima sit cu
racio medici ei in ipsa disposicione · aut erit equalis morbo et eo
quod dubitandum est super egrum de malicia morbi optimum erit
regimen medici ei ad conservandum eum · super illud in quo est Certe
non erit ita optimum ei medicus sicut quando est virtus debilior morbo ·

Declaratio per exemplum.

Assimilatur vero virtus et morbus pecunie capitali et lucro et medi-
cus mercatori. Unde mercator peritus inspiciens diligenter et mo-
nia eius qualiter empta fuerant nisi ea possit vendere cum lucro
vel morbum curare cum observatione virtutis conservabit pecuniam
capitalem in venditione ipsorum mercimoniorum videlicet virtutem cor-
poris. Virtus autem assimilatur viatico viatoris et morbus quan-
titati itineris vie. Et status morbi loco sito ipsius itineris. Im-
peritus viator parare tenetur viaticum sufficienter in suo iti-
nere iuxta longitudinem vie eius donec applicabit in loco quesito
ipsius itineris. Quoniam si deficit viaticum ante adventum eius
ad locum quesitum eius itineris periculum patietur. Et si sufficiet
salvabitur. Similiter potest dici de virtute corporis quia si fortis
erit sufficienter pugnabit contra morbum et adveniente statu
morbi salvabitur eger. Tamen si debilis erit ante statum morbi
dubitandum est ne medio tempore superveniat periculum. Quare
cum diligencia et studio magno regenda est virtus corporis cum
digna conservatione in quolibet morbo seu cura morbi. Scire vero
medicum debet quod semper studeat quod quociens egrum poterit
regere cum nutrimento convenienti eundem non permittat uti
aliqua medicina. Et dum curare eum poterit cum medicina levi
et debili nullam audaciam sequatur in cura eius cum transgressu
medicaminis fortioris. Et si viderit in ipsius cura sufficientem
esse simplicem medicinam nullum in ea tribuat compositum me-
dicamentum. Cum propositum in ea sit cura simpliciter extirpare mor-
bum et si de levi et cum levi extirpari potest morbus. Quando cum
virtus egri in ipsius cura labori traditur medicaminis fortioris.
Etiam non debet medicum in cura alicuius egri uti medicinis ali-
eius nisi per firmam experienciam de eis exsequeretur proximum ima-
mentu. Nec scienter tenere experimenta alicuius mulieris et rustici
similis. Quoniam possibile est convenire ipsa alicui nature et
non convenire alicui. Cautela etiam adhibenda est cum digna
diligencia in donatione medicaminis laxativi seu vomitivi. Quod non
detur nisi penes opportunitatem eius manifestam. Primus iminente cor-
poris virtute in sua potencia in contemperie etatis iuvenilis et aeris
qualitate. Unde si eger indiget aliqua evacuatione in aliquo membro
eius dum iminet eius virtus potencior audacter fiat evacuatio
iuxta modum optimum. Et si virtus iminet mediocris mediocris
debet fieri evacuatio. Et si debilis nulla fiat evacuatio nisi post
confortationem et restitutionem eius. Fiat ei cum bonis odoribus
et nutrimentis convenientibus. Evacuatio quoque in isto libro ubi-
cumque de conditionalis est et faciendi manifestatis signis repletio-
nis forti virtute et equalitate temporis et regionis. Quia est regio
aliqua fortis caliditatis vel fortis frigiditatis et preparatione materiei
inter esse. Et equalitate etatis iuvenilis cum evacuatio in pueris et

in senibus fallax sit. Et tamen quod paciens non sit passus aliquo
tempore dissinteriam aut ulcus in intestinis ex cuius vestigio iniciatur
est aliquis locus in eis. quoniam transibit medicamen cum humoribus
corruptis. quia cautela adhibenda est in cuius solitudine accidens
primum exinde accidat. Decimo danda est et in medicina laxativa
ad evacuandum illud quod nocivum est in humoribus. Et opportuna
est eius eductio et non est inmiscenda cum aliqua re evacuante humores
diversos ei de humore ledente corpus cuius quantitas innabilis et ei quam
si hec fit inducit lesionem magnam. Et si opportuna est evacuacio in
inveniente virtute corporis debili nulla fiat evacuacio nisi post confortacionem
cionem virtutis. Et si tempus presens est estivum refrigeretur aer circumferens
ferens locum egri et preter hoc evacuacio potest fieri secura. In yeme
non minoris fallacie est evacuacio celebranda. Evacuandus in
si competit locari debet magis in loco tepido. Et si considerandum est cum
aliquo remedio in regione fortoris caloris vel frigoris maxime eciam
eciam nullo modo debet evacuari nisi in modica quantitate datis ei
nutrimentis bonis delotis digestionis. Pueri eciam et seniores nullo
debent evacuari nisi preter magnam necessitatem cum rebus subtilibus
in paucis aut ventosis. Quod si accidunt in corpore duo morbi
diversi. quorum unius cura contraria est cure alterius curandus est
priorum magis ledens et impediens virtutem nulla adhibita postea negligencia
gligencia in morbo alio. Eciam si sequitur accidens cuius cura contraria
est cure morbi in quo sit et ipsum accidens inducit debilitatem virtutis.
Et in primo curandum est illud accidens et post mitigacionem ipsius accidentis
dentis sequenda est cura morbi. sicut datur medicamine stupefaciens
preter fortem dolorem colice. cum sit angeus in colicam terminabile
in ad mitigandum dolorem fortem debilitantem virtutem. eciam interrogacio
terrogacio facienda est cum diligencia egro presencialiter de dispositionibus
bus eius. non minus sepe visitandus est eger in diversis temporibus
quoniam nisi eger sit medicus impossibile est eum recitare distincte
id quod patitur de accidenti et morbo eciam quociens sit dubia cognicio
morbi alicuius membri et ignoratur qualitas speciei ipsius. temptanda
est eius disposicio cum calefactione ipsius membri actualiter aut infrigidacione
cione aut humectacione aut desiccacione cum eo videlicet quod caret fallacia
ut curari possit morbus cum re iuvante eum absque dubio. Eciam
si certitudo sincera non habetur de morbo per aliquam viam correctionis
vel alicuius vere noticie non debet aliqua cura fieri in eo neque
mutari complexio neque aliquis humor evacuari. Sed interim conservetur
servetur virtus cum nutrimento equali. Et si eger caret appetitu nullo
nutrimento utatur dum remanet virtus fortis. Sed si debilis nutriatur
et hoc sustineat donec species morbi non sint bene nota. quia modicum
opus cum securitate melius est multo opere cum dubietate. Ideo quod
medicus debet studere in eius cura egri innanciatur sequi non videndo
do eo. cuius lesio non erit secura. Eciam eger curare debet quod

sequatur appetitum suum timendo semper morbos repletionis et humorum
corruptorum ut ictericiam et ydropisim tamen aliquantulum uti potest appe
titu eius in morbis inanitionis ut in ethica et ptisi. Et confortandum est
cor ipsius cum salute et denunciatione sanitatis caveatur tamen invitatur ad
plus cum cibo convenienti eidem. Etiam si eger appetit aliquam rem
forti appetitu illa res non est prohibenda ei. sed danda est ei in modica
quantitate et promittatur ei. Et res que danda est ei si indiget correctio
ne corrigatur quoniam modica quantitas illius rei non auget humorem
ledentem neque mutat complexionem. et cautela si adhibetur in parte
laudabilis est non tamen in toto et licet periculum sit ei non est adhi
benda fortis cautela medico quod omnino futurum erit quod nisi concedatur e
gro sumere modicum secundum appetitum possibile est quod enim provocet
fortis appetitus ad sumendum multum cum nocumento ipsius et periculo tamen
No in necessitate. Medicus quandoque infert aliquod nocumentum et medi
um tenere bonum est. etiam si accidit appetitus alicuius egri declinat ad
sumendum aliquod medicamen et ad illud non declinat. licet medicamine
abeo refutatum liceat iuvare egrum in suo morbo magis quam aliud ad Nota
quod eius appetitus declinat. Melius est quod sumat illud medicamen
ad quod declinavit animus eius quia iuvabilius erit ei. Et nisi aliqua pe
ricli occasione eius sit in hoc quod declinavit appetitus egri ad illud etiam
nisi aliqua pre diversitatis inconvenientis sit in magno ... qua de causa sumeretur
No retur eius animus. Et si quis indiget evacuare aliquem humorem
de corpore eius et horribilis videtur ei sumptio medicine horribilis ut
est res. si humor ipse est colericus evacuetur cum sirupo rosis. mastice
cum vino et scamonea vel cum lingwis vel cum pasta plena de amigdalis et
zuccaro facta ad modum avellane frixa oleo amigdalorum et in fine posita in
Iuleb aut cum sirupo simplici zuccari. aut cum offata aut cum prunis
videlicet inter ea. Si flaticus evacuandus est cum turbit vino et agarico
positis in aliqua re predicta iuxta modum dispositionis et oportu
nitatis. Si sanguineus non est evacuandus nisi cum inunctione unde sub
tiliandum est et acuendum instrumentum ferri finaliter et ungendum est cum
oleo et locus inungendus si modice calidus est cum oleo ungitur et tale
fiat in yeme cum aqua calida quia inunctio tunc erit minoris doloris
Inter cetera dicta predicta dicendum est de signis pronosticantibus eventum
No morborum eius ut quilibet per eorum morborum ante eventum ipsius prout
competit dignis remediis exstirpetur. Et si accidit pigricia lassitudo a
liter obstinatio inustus sompnus gravedo capitis impedita mentis et per
turbatio sensuum paucus appetitus cibi dulcedo oris in pura sed mixta cum
amaritudine aut viscositate aut acetositate aut salsedine et videt homo
in sompno res esse rubeas et se subiectum quasi omni gravi significant
signa repletionem de sanguine et indicant morbos futuros in corpore sanguineos
ut febres synocha morbilli et blactie epidimiales morbi. chasarra.
No squinantia effluxus sanguinis enaribus intonsus. obtalmia et similia
Et si accidit debilis appetitus citrinitas coloris. amaritudo oris punctio
oris stomachi ardor. nausea. lamentatio sitis. siccitas in lingua inunctio
urina rubea subtilis et videntur in sompno res citrine ustiones et cor
ruscationes. et significantia signa eorum colere rubee pronosticant

morbos futuros colericos ut est febris terciana Bersam pleuresis colica icte
ricia et formica et similia ¶ Et si accidit liuiditas coloris acetositas oris
paucus sompnus et multa cogitacio malus animus arida facies strictura
super os stomachi tenuis urina sompnium perturbans et horribile et vide-
re in eo res nigre et obscure et turbedo aspectus significat secundum dominationem
melancolie et pronosticant morbos futuros melancolicos ut est febris
Quartana morfea nigra lepra cogitacio defectus mentis Cancer apo-
duritum varrices dolor splenis et similia ¶ Et si accidit pigricies tar-
ditas mentis negligencia fluxus saliue multum sputum multus sompnus gra-
vedo capitis inflatio faciei paucus appetitus cibi pauca digestio albedo
coloris et videntur in sompnis flumina nix et pluuie Et accidit incubus
significant secundum dominationem flegmatis et pronosticant morbos futuros fleu-
maticos ut est febris cottidiana apostema molle paralisis tortura
oris et apoplexia et epilencia et similia multa ¶ Morfea alba pronosticant
Baras futuras multi carbunculi pronosticant exituras futuras. Multe no-
dule pronosticant dubayla futura raucitas vocis rubedo faciei cum aqua
liuiditate pronosticant lepram futuram. Soda assidua pronosticant ceci-
tatem futuram et hoc in senescentibus ymaginacio tinnitus et muscarum
et pilorum in oculis si non sit ex causa stomachi pronosticat descensionem aque
futuram in oculis Seccitas corporis cum stupore eius pronosticat pas-
futuram Sectigacio faciei pronosticat torturam oris futuram Incubus si ac-
cidit multum pronosticat epilenciam futuram Inflatio faciei et rubedo
oculorum cum Soda pronosticat Sersa et Bersam futura Angustiosa
cogitacio et pusillanimitas animi absque causa exteriori pronosticant cogitacionem
malam et melancoliam futuram Multa reuma cum macie corporis et
pectoris strictura pronosticant ptisim futuram. Ponderositas lateris
dextri et albedo egestionis pronosticant ytericiam futuram ex oppilacione
Inflatio palpebre inferioris pronosticat ydropisim futuram Assidua tortio
dolorosa in partibus umbilici pronosticat ydropisim timpanidem futuram nota
¶ Clamor cum ventositatibus in partibus dextri et sinistri inferioris ypocondria
cum defectu appetitus cibi pronosticant colicam futuram Ponderositas
renum et flati et ipsorum extensio pronosticant apostema in renibus futurum
Ypostasis arenosa pronosticat lapides futuros in renibus ypostasis si-
milis litargiro pronosticat lapides futuros in vesica Assiduus ardor
urine pronosticat ulcera in vesica et virga futura Tortio et ardor parcium
inferiorum cum fluxu ventris pronosticant dissenteriam futuram Assiduus
pruritus ani pronosticat futuras emorroides Mutacio coloris alicuius
corporis post sanationem alicuius morbi in eo pronosticant exituras futuras
in ipso loco ¶ Febris acuta constipacio nature vigilia planctus liuidi-
tas coloris quociens accidunt in pueris pronosticant spasmum futurum
Perturbacio cerebri post percussionem aut casum pronosticant futuram
apoplexiam. Soda et dolor stomachi in principio egritudinis pronosticat
futurum Suber. ¶ Seccitas parcium inferiorum ypocondriorum pronosticat
futurum apostema dyafragmatis. Prunacio mundificacionis sputi in empimatis
et pleureticis post xl dies pronosticant futuram ptisim. Assiduus fluxus
ventris in habente in utero pronosticat futuram abortionem fetus.

Sputum rotundum in pleuresi si durat per longum tempus prenosticat futu-
ram ptisim. Contabescentes mamille in habentibus in utero pronosti-
cant futuram abortionem fetus. Et si gemini sunt contabescens mamilla
dextra pronosticat futuram abortionem masculi et sinistra pronosticat futuram
abortionem femine. Coadunatio sanguinis in mamilla maniam futuram
pronosticat. Duricies mamille habentis in utero pronosticant futurum dolorem
aut in anchis aut in oculis. Effluxus menstruorum habentis in utero indicat
quod egrotat fetus eius. Habundancia manacionis lactis habentis in utero
prenosticat futuram debilitatem visterum. Similiter post partum nisi
mundificetur bene de sanguine partus pronosticatur morbus in ea futurus
aut apostema in matrice aut in epate. Apostema autem exiens a lumbis
si subito absentatur, si lumbus est partis posterioris pronosticat futurum
spasmum. Si partis anterioris pronosticat futuram maniam vel futurum fluxum
sanguinis ventris aut futuram pleuresim aut perpleumoniam. Ca-
liditas vel frigiditas egrediens modum naturalem aut sudor quociens
accidit in aliquo morbo pronosticat futurum morbum ipsius in abi //

Signum premodum nobilis generale

Et summatie quociens mutatur aliqua disposicio naturalis de modo
eius consuetudinis approbate pronosticatur aliquis morbus futurus.
Et similiter quociens accidit aliqua disposicio in corpore egrediens cur-
sum naturalem ut dolor et similis pronosticatur futurus morbus. An forte
aliquis dicat signum et sufficiens nobis est in medicina uti breviter eo
quod sufficiens erat et signum aliquibus medicis nostri temporis de aqua
ordei et seminum sirupo acetoso et tamarindi. Tamen si adest fluxus
ventris intensus relinquendi sunt tamarindi et nulla adhibenda est
equalitas speciebus febrium. Et quociens augetur febris intendenda est
cum cibo agreste aut re proxima eius regiminis in eo quod competens
est ipsi tempori. Credendo cum ipso regimine conservare virtutem multi-
plicata cum audacia evacuacione inutili. Et derelictis medicinis dis-
tinctis cum utilitatem cuiuslibet morbi et eo quod ad conservandum virtute
videtur utile ac dubietate adhibitam curando morbum frigidum cum
medicamine calido inclusionis (?) ne suppositis (?) in eo quod
contemplandum est et paucitate consideracionis in conservacione virtutis que
dicitur porcina capitalis prout firmatum est et manifestatum. Et di-
missis dictis medicorum antiquorum et priorum approbatorum in cura-
cione morbi. In eo cuius est summum experimentum et verificata est utilitas
iuxta ordinem cuiuslibet morbi extendit se in his omnibus quod complexio-
nes mutate sunt et curationes que sunt in libris medicorum antiquorum
scripte sunt et private. Videndum est hunc contradictori quod medicus qui
breviter utitur eo quod dicam est expulsus est a dignitate sciencie propter
diuturnabilem perseverantiam eius in quiete et pigriciem eius mentis
et subiectionem excecutionis delectacionis eius noti. Et si experiencia
vero eius et pigricies sunt fundamenta eius eius quietis cum expellentes
absolute tradiderunt aptitulo vituperio manifesto. Dicitur cum pigricies
non videtur penitus carere assidue et sollicitudo ... victoris perdicatur

Dixit enim ypocras· vita brevis ars vero longa unde brevis est vita hominis ad
distinguendum rationem scientie medicine **Contra opinionem medicorum·**
Et hoc est contra opinionem aliquorum medicorum dicentium quod docu-
mentum medicine tradendum in sola una hora et medici contradi-
cunt dicte secte ingenii ubi dixit quod possibile quod tradatur documentum
medicine spatio sex mensium timorosa sunt enim penes eos medicamen-
ta calida in cura morbi frigidi ex ignorantia ipsorum in iuvamentis
ipsorum adsita extimatione quod brevius cura facta cum medicinis fri-
gidis est minoris fallatie et nocumenti et non videt ratio estimationis
eorundem cum usus medicaminis sit vehementioris nocumenti in loco inconvenienti
eius· sicut usus medicaminis calidi similiter in loco incongruo eius Et
si aliquis contradicat quod si utimur medicamine frigido in loco inconve-
nienti ei eius nocumentum non erit ut nocumentum usus medicaminis
calidi in loco incongruo ei Respondendum est ei quod indicium eius non est firmum
Et oppositum eius revelat ignorantiam eius quia secundum rationem nulla
distinctio in hoc est inventa·/ Sed audacia facta in intensa curatione absque
nulla opportunitate eius et prauitas gubernationis conservationis virtutis
est vehementioris periculi et maioris nocumenti Etiam dicte sunt su-
perius certe conditiones· que obtinende sunt in curatione cuiuslibet
morbi iuxta quod ediderunt medici periti et construxerunt sapientes eo
rumque pro conditionibus predictis in complexione Etate dispositione
aeris et aliorum de quibus facta est adequatio condignatio studio et
posse Ignorantia quidem intentione antiqua eorum ignorantiam occul-
tant dicentes quod dictum peritorum est instinctum et eius est utilis et si-
gnificans similiter viam salutis tamen occultum sensum habet et manifestum
Et hoc etiam est contra eos quod manifestus sensus dicti ipsorum non potest
firmari nisi post cognitionem medulle sensus occulti ipsius et questiodinis
satisfaciens revelatur certitudo ac per dignissimam contemplationem cer-
tificatur scientia Et qualiter id quod amovet morbum poterit conservare
virtutem Et virtus non confirmetur nisi cum simili Et morbus non amovetur
nisi cum contrario Et qualiter simile et contrarium possit mediari nimis Et
qualiter id quod removet morbum frigidum possit amovere morbum
calidum cum sint duo contraria quorum unum non invenitur nisi separatione
alterius etiam abstinentia cibi penes eos facta in curatione cuiuslibet
febris in quolibet homine iuxta diversam complexionem et virtutem
et dispositio earum remota est a ratione vera quia antiqui intellexerunt
quod in aliqua febre cibari debet patiens post paroxismum et in aliquo
tempore paroxismi nisi fortis debilitas virtutis adest et dubitatur
ne defectus eius fiat ex violentia paroxismi et in alia nulla nutricio est
tradenda ei Sed alii ei dubitatur ut plus de aqua ordei et cum regit
cum eo quod subtilius est ea distinguentes in vero regimine inter aquam
ordei subtilem et inter spissam cum quolibet parium non sit utilis nisi
in convenienti loco eius Et ut medici regimen primum distinguerunt cuilibet
morbo Et si morbus est velocis declinationis et materie subtilis cum
virtute forti regendus est patiens cum dieta subtiliori et econtrario
Subtilior vero dicta dicitur quando abstinentia plurima a cibo et
potu fit et hoc sequitur in subtilitate potus de iulep et similibus·

Deinde grossior dieta dicitur de aqua ordei subtili deinde sequitur cum aqua ordei
cum substancia eius vel ipsius. Deinde cibarium de agresta vel de cucurbita
vel spinacis vel pisis. Deinde cibarium de gallinulis perdicibus iuuenibus
et bistardis. Et grossiorum dieta precedentibus hiis dicitur facta de gal
linis deinde facta de tenuibus carnibus arietis et edorum deinde
alibus ipsorum deinde de maioribus ipsorum quare in hoc modo faciendi est
dieta iuxta species morborum. Vbi vero dixerunt quod complexiones mu
tate sunt intencio ipsorum debet declarari vtrum complexiones in toto
mutate sunt aut in parte. Et si intencio ipsorum est quod in toto mutate sunt
intellectualis racio dictum ipsorum refutat quia necessario complexiones
erunt aut equales aut inequales singulares aut composite. Si singu
lares vel calide aut frigide aut sicce aut humide. Si composite vel calide
et humide aut calide et sicce aut frigide et humide aut frigide et sicce et sic
de dicto ipsorum intelligitur quod complexiones sunt mutate quod in eis addi
ta decima complexio vltra quam dictum est in ipsa diuisione ipsius
rationis que non potest sequi diuisionem decimam in augmento et hoc
falsum esset. Et si intencio ipsorum est quod in parte sunt mutate mala est
loquela ipsorum in hoc et non minus intencio quam existimauerunt esse ad
excusacionem ipsorum. Quia in loquela iam reprobatum est dictum ipsorum
vbi dixerunt quod mutate in toto et totum concipit partes. tamen in
intencione quam excusacio semper sequitur eo quod non est aliquid accidentale
in parte complexionum egrediens a complexionibus nouem predictis possibile
quod intencio ipsorum sit quod complexio in hoc tempore calida dominatur
super hanc regionem et si sic hoc cadit intencio ipsorum. licet cum non
nota sequatur ipsorum loquela. Notum est quod iuxta eum vtendum est
eo quod dixerunt medici ad curandum morbum frigidum cum medicamine
calido. in etate. regione et aere prout competit et si quis allegat consimiliter
hoc excusandum est et quare. si complexio calida dominatur super aliquam
regionem in aliquo tempore. non vtimur medicamine calido in curatio
ne morbi frigidi. licet hoc parum sit. et inueniatur raro medici dixe
runt etiam significationem super quamlibet complexionem mixte quantitatis
frigiditatis vel caliditatis vnde certificata specie morbi et cognita eius ca
usa consideratis condicionibus supradictis in qualitatibus ipsorum ~~Et si mor~~
~~bus est calidus est curandus cum frigido et frigidus cum calido~~ et
quantitatibus intendum est in eis medicamine iuxta modum ipsorum. Et
si morbus est calidus est curandus cum frigido et frigidus cum calido et
si complexio calida dominatur super aliquam regionem intendum est medi
camine calidis in aliis regionibus frigidis. Et si dominatur caliditas in aliquo
in quo dominabatur frigiditas in aliquo tempore consuete sunt dici
tiones regionis que consueuuntur in yeme vel estate, licet de frigiditate ye
mis. non posset dici vt de caliditate estatis. Et si dicat quod omnis regio
est calida et in qualibet complexione non diuersificantur yemps et estas
neque ethiopes neque scoti et si hoc esset negarentur ab eo testificacio
ne certe et eius naturam et quilibet homo licet tempus agat aliquid in
complexione eius si credit quod hoc agat in quolibet animali et vege
tabili subuertendo naturam cuiuslibet, frigiditatis ipsorum in ca
liditatem hoc sequeretur quod portulaca fieret calida nichilominus et lactuca

et sequeretur. Similiter quod complexio frigida cuiuslibet animalis posset mutari
ad caliditatem agentem in tempore certam. Certificata enim per medicos
sunt signa caliditatis et frigiditatis per certas significationes. Unde postquam
invenimus signa significancia super morbum, morbum ipsum remanere
debemus cum eius contrariis. Ubi non contradixerunt prohibentes ex-
empla. Certum est quod medici composuerunt in hoc libros in quibus
manifestaverunt utilitates specierum. Etiam intelleximus per aliquos
ipsorum quod ipsi sic allegaverunt et allegant quod impossibile est quod emplastrum
quodlibet non sit calidum aut frigidum et si est calidum attrahet ad
locum cui supponitur superfluitatem additam que est super eo. Si frigidum
prohibebit dissolucionem illius quod in eo est. Et hec est allegacio inepta
cum dictum ipsum in hoc iaceat super divisionem insufficientem et accepit se-
cundum qualibet divisione illud quod non debeat sumi. Insufficiencia vero
divisionis oritur tali modo quia divisionem altamus (?) refacit debet
habere omnes divisiones et integre quam dividere conatur et eas dicere
ordinarie. Et si aliqua pars divisionis occultatur et non manifestatur
contradictor eius dicere potest quod talem divisionem negavit. Et illud quod
dixi sic quod hoc impossibile est quod quodlibet emplastrum non sit cali-
dum aut neque frigidum non est verum quia impossibile est. Immo possibile
est quod non sit calidum neque frigidum sed contemperatum. Etiam sumpserunt
in qualibet divisione per eos illud quod non debent sumi tali modo dicentes
quod si est calidum attrahet ad locum cui supponitur superfluitatem super-
fluam ei que est in eo. Et hoc dictum ineptum est. Immo falsum, quia possi-
bile est quod sit calidum emplastrum et non attractivum, quoniam inveniuntur
medicine calide et dissolutive que dissolvunt et non attrahunt sicut
est camomilla que non dissolvit et non attrahit de proprietate ipsius.
Et corpus si purgatum. Licet aliquis locus in eo compleatur. Cum eo quod
dissolvit et attrahit non attrahetur per illud aliquid propter purgacionem
corporis precedentem. Etiam ubi dixerunt quod si est frigidum prohibebit
dissolucionem ipsius quod in membro est. Dictum eorum non est verum.
Similiter quia possibile est quod emplastrum sit frigidum et nullam pro-
hibeat dissolucionem et erit frigidum et dissolvens ut est farina or-
dei. Etiam aliqui ipsorum dicunt quod quando emplastrum est frigidum
et revocat caliditatem ad interiora corporis et hoc dictum diversum
est alteri dicto ipsorum quia revocacio caliditatis ad interius necessa-
rio dissolvit exui caliditatis immisse. Verumtamen dum frigiditas
rei frigide durabilius fuerit super membrum, licet in principio fugi-
at caliditas ad interiora eius ob assiduitatem eius continuabit frigidi-
tas eius cum interioribus eius. Res etiam frigide iuvant ad dissolu-
cionem nendum (?) quod quociens membrum calescit egreditur ab equa-
litate complexionis in modo debilitante illud. Et debilitatum non potest
dissolvere illud quod in eo erit. Tamen quando supponitur ei frigidum
in frigidando cum infrigidacione illud reducit ad equalitatem complexio-
nis eius et ad virtutem. Et virtus corroborata in eo dissolvit illud
quod obtinetur in eo. Quoniam quociens membrum sit in equalitate attrahit
ad se iuvamenta et expellit a se nocumenta. Tamen si debile a se non

expellit nocumentum. et res reducta ad complexionem naturalem primo reducat se ad consuetudinem et ad virum facientem precta. | improbacio opinionis

¶ Et si quis dicat quod si componuntur calidum cum frigido nullius etatis erunt. quia effectus unius irritabit effectum alterius. dicitur ei sed magne utilitatis erunt ut inducant equalitatem. Constituitur enim ab equalitate effectus equalis quia erit dissolutio propter caliditatem que est in eo et prohibitio et infrigidatio propter frigiditatem que est in eo. ergo in quolibet ipsorum est magna utilitas ¶ Et non sequitur quod dicitur postquam compositio cadit inter ea pereat utilitas cuiuslibet ipsorum cum composita plura sint de calido et frigido et ex equalitate ipsorum exhibeant utilitates et iuvamenta in eo Quam quod composita ipsorum facta sint. unde hoc est dictum eos qui dixerunt de inquisitione emplastri cum rebus supradictis ¶ Tamen certum est quod in aliquo tempore optimum est emplastrum cum rebus frigidis. et in aliquo tempore optimum est emplastrum cum rebus dissolutivis. cum morbus habeat tempora quatuor. videlicet principium augmentum statum et declinationem. unde quodlibet ipsorum temporum exigit medicamen diversum ab aliis Et sic principium exigit res roborativas et repercussivas res frigidas et prohibitivas Et cum tunc ipso tempore superfluitas in principio eius manationis sit et in membro non sit nulla quantitate de qua dubitandum est de separatione dissolutionis ¶ Illud tempus non exigit sibi utile nisi illud quod prohibet eius manationem ad membrum. et restituit ei virtutem ad expellendum. aut illud quod augetur in tempore augmenti Et tempus augmenti exigit illud quod dissolvit tamen admixtum cum eo quod infrigidat et prohibet et cum superfluitas tunc manaverit ad membrum. illud tempus exigit illud quod prohibet emanationem et ad illud quod dissolvit cum modica dissolutione illud quod obtentum est in membro et tempus status et quod superfluitas in eius manatione finem habuit exigit illud quod dissolvit cum multa dissolutione et illud quod infrigidat cum minori infrigidatione cum tunc maior dissolutio sit optima ei et infrigidatio minor ne sit ibi aliqua residua manatio ei ¶ Tempus vero declinationis exigit pure dissolutiva absque infrigidativis cum tota materia sit in principio dissolutionis et virtus consecuta sit victoriam super morbum ¶ Et cessante omni manatione et omni attractione non sit optima nisi dissolutio illius quod obtentum est in membro. Etiam dixerunt periti medici de iuvamentis emplastrorum in loco cui optima accidentur. Et si quis dicat quod inconveniens est superius emplastrorum dicere debet quod medici peccaverunt ubi dixerunt quod inutabilis est simplicia emplastrorum aut dicere quod conveniens erat ipsorum compacio cum iunt amissimum est ipsorum iuvamentum Sed primum dictum ipsius non est verum. quia medici dicunt cum emplastrum propinqua sit membro cum supponitur aliis rebus sumptis et bibitis effectus eius in eo maioris

inuamenti erit. quia res sumpte et bibite mutacionem multum feru-
tur ante quam competens sit membro debilitatis virtutibus ipsorum
non admodum emplastri. cum virtutes emplastri in eo sunt immixte
absque aliqua diminucione eius effectus. ¶ Et de canone curacionum
hoc iustum videatur quod medicamen contineatur cum membro cura-
to de proximiori loco et utiliori ipsius. Et ad id quod dixit quod
emplastrum innabile erit tamen deficiat ipsius iuuamentum propter
mutacionem complexionis et temporis. Iam satisfactum est superius
qualiter intencio ipsius est incepta. ¶ Et deus excelsus sufficiat
nobis ad discernendum scienciam inducendo nos sua gratia ad rectitu-
dinem cum ipse solus sit prima origo omnis sciencie et intellectus et
laus sit conveniens. deo gracias amen.

Explicit Tacuinum de excelsi adiutorio
neapoli. Idus Aprilis per manus magistri
Faragii supra dicti editum ad opus re-
gis excellentissimi Karoli supra dicti.
Et laus sit deo excelso. amen.

Sub anno incarnacionis domini nostri ihesu christi Millesimo Qua-
dringentesimo sexto Finitus est iste liber per manus Wence-
slai de Bor maiori die undecim millia virginum gloriosarum.

a micum indiuit · qui amici preces condescendit · Sit igitur amicus
cum sit mutua beniuolencia inter duos sufficit vna voluntas
viii Ethi — vtrorumque ex viii° Ethicorum, de quibus indiuere non esset vtile.
Amicus enim qui suum velle tenuit alteri / Ego vero, tamquam amicus
volens sociis meis prouidere propossui meo materiam adobuiandum
pestiferis morbis proximius emergentibus · duxi aliqua autenti
ca conscribendo · pro nobilis ac eximii studii Pragensis et egregie ·
facultatis medicine doctore ac communitate fidelium regnicularum ho
noris prouisione.

a nia pestes consueuit ut plurimum tempore autumpni venire maxime
circa medium aut finem ipsius quo ad finem anni videlicet
Sub Anno domini Millesimo cccc°ii° iterum ventura est non solum
in hominibus sed et aliis brutis ut presumitur et pronosticatur ex dictis ante
ticis philosophorum sapientum et astronomorum clam testante duo . y.
quando eadem die estus et frigus autumpnales egritudines expectare
oportet. Modo egritudines autumpnales ut plurimum mortifere ut in Am
In autumno — ffe. In autumpno acute egritudines et cetera. Quoniam est ex naturis rerum
propter recessum solis a nobis et humiditatum peccancium collector ex aera
aere et complexionibus ipsius ex esu fructium et humidorum verum multis
balneis piscibus lacte multa replecione excessiua · que prohibet digesti
onem · ut gula cibi et potus humiditate et humorum in visceribus terre
talis non consumptis · Nam vnum tempus anni ex natura deberet cor
rigere aliud tempus anni ut estas yemem · prout in Collectorio maiori
recitatur ibi inde quo radix inferior primam signum et cause capitulum pestem
Etiam extradite superiori videlicet Eclipsium cometarum et qualitatum et
planetarum diuersorum motuum · diuersos motus contrarios influencium in
aerem qui est locus non naturalis · qui aer infectus et inspiratus a nobis
est causa febris, pestilencie et consequenter humorum propulsor ex qualita
Cerebri epatis cordis — te membrorum principalium puta Cerebri Epatis et cordis ad sua emicto
ria vbi vniuntur et agregantur simul in locis concauis et concauitatibus
membrorum causando tumorem ut tumores qui tumor appellatur a
postema xiii de ingenio per Galienum / ffebres pestilenciales generantur ex corrup
cione aeris aut in excessu alicuius qualitatis aut propter corrupcionem
in sua substancia ut potest propter putrefactionem · sed aer non putrescit nisi propter
commixtionem vaporum deterrimi ut ab aliis corporibus sicut nec aqua pu
trescit nisi propter admixtionem alicuius turbe substancie · Et quedam
sunt cum apostemate aut pustulis quedam sine · Et causa huius cor
rupti aeris remota est influencia celestis ut causa incognita et occulta
aer sit corruptus attrahitur a corde aut per pulmonem inspiratum et
ipse corrumpit spiritus vitales in corde · cum pulmo sit flabellum cordis ·
vnde etiam humiditas circumstans · spiritus corrumpit et putrefacit et sic

per consequens per putrefactionem in toto corpore generat humiditates quam ante putrefactionem comitatur febris pestilentialis. Prenosticativa pestilentie sunt multe pluvie mutationes diverse iam sol splendet iam pluit apparitiones in aere ignee sicut est impressio chalonis impressio dicta draco vel hasta aut animalium sicut ranarum generatarum ex putrefactione Item egressio quoque de cavernis suis ut sunt mures et rane et consimilia talia omnia corruptiones aeris significant. Sed signa predicte febris sunt dolor capitis et apparitio glandis in collo vel subasellis vel inguine vel apparitio alicuius pustule in quacumque parte corporis de quibus in amforismis in bubonibus et in apostematibus omnibus se inuale sed sine re non erit periculum si quis habuit apostema Quorum urina in principio est alba et subtilis de eorum evasione desperandum est de quo iterum per ypocratem Omnibus limpide mali i. clare. Sed quorum a principio rubea sunt urina et aliquantulum grossa de hiis maior spes evasionis est habenda et quanto plura videris sinthomata seu accidencia terribilia tanto magis timendum de vita patientis quamvis de omnibus patientibus febrem pestilentialem sit valde timendum propter cor quod est subiectum febris pestilencialis unde dixi supra quando humores mali veniunt et aggregantur in concavitatibus generant apostemata que expelluntur a membris tribus principalibus scilicet cerebro. corde. et epate. unde cerebrum propter suam fortitudinem expellit retro aures vel ad collum. Nam vel Prodinor ad partem sit fluxus debiliorem Et cum cerebrum quedam est forte membrum. propellit ad dicta loca que sunt sua emunctoria in loca coctiva tamquam cloace sive propellit malos humores et corruptos generatos ex nimia humiditate que est causa corruptionis Quare rem verum ponendo. aer est causa immediata pestis et non aliarum febrium permixtus diversis humiditatibus et vaporibus infectibus aerem. Consulo ergo quod medicus primis tempore pestis provideat ante omnia de rarificatione et correctione aeris per odores et fumos ut infra dicetur et ante omnia ut in antiquo evacuationes faciat maxime apud nos in Bohemia nimis gulose plus peccant humores isti Colera fflegma et melancolia quam sanguis quare magnus error magnus exstat ita communiter flebotomari. plus festinet medicus ad purgationes hec Albicus. Cor est secundum membrum principale et nobilissimum membrorum tamquam in medio regni sui residens propellit subasellas i. sub humeros. Tertium membrum principale est epar. et sua cloaca est splen propellit suas superfluitates ad inguina. i. circa pubes. Dixi primo quod venena primo petunt membra principalia propter maiorem calorem eorum cuius primum est attrahere Nam primum membrum videlicet cerebrum dat sensum et motum omnibus membris et vocatur cratium Si ergo in tali membro fuit apostema facies flebotomiam de cephalica ut infra scribetur quia talis vena vadit a capite et partibus suis Secundum membrum est cor et dat vitam omnibus membris quare vena trahendi a corde est aperiendi ut pulmatica mediana Salvatella secundum consuetudinem suam et a suis partibus vicinis Tertium membrum est epar i. iecur quod dat nutrimentum omnibus membris vena ergo inguinalis in pede que vadit ab epate vel splene est aperienda de hac materia legas men

Pronostica pestis [illegible]

Signa febris pest

Urina

Accidencia

Loca apostematum

Causa

Aer

Evacuatio


Cor


Venena primo tendunt ad principalia membra

Flebotomia

collectorum manus conscriptum Sub anno domini millesimo Quadringentesimo
Cura — vj^{o}. Vendici ubi de radicibus duabus generantibus pestem videlicet
superiori et inferiori pro declaratione premissi plemiori dicit dominus y^{9} in
amfor videlicet mutationes temporum maxime generant morbos et in sacra
pagina et imbres suscepit cum in talibus mutationibus generantur moriuntur
homines et dicit dominus Ar^{lis} pmo meth qui ponit dicta de eis tamquam
generales ad conceptiones et presumptiones Ex quo dixi supra in principali quod
in autumpno occurrit morbus pestilencialis i. epidimyalis febres
apostemata pustule scabies vomitus tusses dolores capitis gutta
paralisis podogra et cirugra et cetere egritudines Talis non pestis extimabitur
etatem Iuventutis plus quam senectutis quorum causas infra ponam Sed
quia tales pestes apostemata solent facere solum in tribus locis
communiter una cum pustulis venenosis que venenositas cognoscitur ex
diversitate color Si ergo apostema erigatur retro aures ut in collo hoc — Apostema retro aures
est in regione animata fiat flebotomia de cephalica utriusque brachii plus
tamen de parte sana iuxta virtutem tenoris ut si est fortis et antiquus plus
minuat de vj set sunt pensanda a medico purgare volenti de 8 etas virtus
regio complexio forma. cons et sinthoma consuetudo temporis et aer Si invenis
aut debilis minus apponendum super apostema tyriacam mixtam cum — Simplex opiatum
melle et cum modico bolo et ficu mixtis calide aut metridatum a^{9} dya
tesseron cum bolo modico sed provocetur sudor bibendo tyriacam cum modi — Sudor
co bolo armeno cum aqua rute in flentico aut scabiose aut ptulace
aut endivie in colerico corpore et si non habes aquas de siccis herbas
rutam aut scabiosam aut alias et decoque cum vino aut cinsia et cum
vino hausta tempera tyriacam aut dyatesseron ebibendo deponatis vos
ad lectum cooperiendo bene et sudabit Sudor frigidus longiorem calidus
vero breviorem signat egritudinem y^{9} in amfor ut infra dicetur aut
metridatum vel fac fieri tibi illam confectionem quam infra scribam videlicet
de electuario preservativo amaro quod hodie venditur in apoteca nova et nos an
tiqua descriptione recepte quia potiora remedia prout clarebit inferius
aut fiat pulvis aut electuarium aut in bolis aut in trociscis Si autem
apostema generatur sub brachiis fiat flebothomia de mediana aut pul — Sub ascellis apostema
monaria aut prope primum digitum in parte opposita et modicum de eodem brachio
Si autem fiat apostema circa pubes in inguinibus tunc minuetis de — In inguinibus
vena virginali hoc est de vena que est sub talo et inter pedem et dicitur vena
menstruosa mulierum seu vena virginalis Sed sciatis quod in pestibus est
festinandum cum evacuationibus sive per sudorem sive per secessum sive — no
per flebothomiam de hoc dicit y^{9} In acutis morbis eadem die differre
malum ita tarde venire ad primam est malum unde venit hoc vulgare
proverbium Infra xxiiij horas post initium in vasionis apostematis est fe
stinandum cum evacuationibus sive cum tyriaca fermentata sive cum
minutione Secundo pomibus abstinendum est a loco pestilencie et appa — Suffumigium
rentibus pestilenciam quam diu pestilencia durat bis vel ter in sep
timana de vespere in introitu vestri recipiatis lauribaccas iuniperum et
absinthium siccum ac tymiama aut mirram aut aliud siccum odoriferum.

ut olibanum nardi et combinitur in camodo dormientis in sartagine
igneis de carbonibus clausis fenestris camodi, rillum fumum attrahetis
per os aures et nares // Item sitis sobrius de mane usque ad tempus prandii
nisi de mane sumetis tria elletuaria medicine electuarium amarum
nomen de nona compilatione sive in pulveribus sive in bolis sive troci-
scis // Tria enim pono preservativa unum electuarium confortativum omnium me-
brorum et preservativum tertium triacam preservativam · Sed preservativum pau-
perum sit tosta panis nigri exacto aut raphanus cum sale quia
utrumque raphanus valet contra venena et aleum quod est vera tyriaca ut
Galli testatur in libro vi° de interioribus capitulo iiii°. et est rusticorum tiriaca
et nantar aut enciana aut rutam aut iuniperum aut pipinellam Sed
curatum eorum videlicet pauperum sit hec predicta tiriaca Recipe lanceolatas pipinella
et zingiber et potestis addere grana iuniperi medie in portiones aut pulverisa
et comede ista tria faciendo desuper haustum vini calidi vel cervisie deponendo
et cooperiendo sudabit post bibitionem et sumet pauper sumendo in quantitate
parue nucis aut plus aut minus secundum quod corpus est forte aut
debile antiquum aut iuvene aut tempore calido aut frigido aut co-
plexionis calide aut frigide ista omnia debent sagaciter ponderari
in ministrando medicinas euacuantes seu in confortativis que condicio-
nes exprimuntur in versibus subscriptis videlicet dies etas





Primo ortu apostemate pauper transglutiat tria aut iiii capita camomille
aut rotule aut tinsia calidi et post quattuor horas non sumetis cibum
ellapsis quattuor horis extunc primum ferculum sit modicum acetosum et ubicunque
potestis semper utamini et periculum evenit balnea quia non intretis
si sentitis corpus esse gravatum quia tunc signum est humorum putrefactionis
Cum male te sentis confert si balnea vites Sitis iocundi ne initis as

p(re)s(er)uatio pauper(um)
Curatio pauper(um)
p(re)s(er)uacio in dieta et loco

fabilis solacieritis. Nunquam graviter debetis tristari / Item cum dicat
vobis de pestilencia habeatis pro non dictis. // Item pro pauperes mane
cum surrexit ante exitum domus comedetis de modica ruta tenta
in aqua munda aspersa modico sale et postea sine intervallo comedetis
unam nucem vel duas magnas aut tostam panis nigri extincto et
portabitis in manu vestra aliquod odoriferum sicut pomum ambre
aut pauper loco ipsius portet partem spongie intinctam in acetum aut
panniculum intinctum in aceto cum aqua rosarum aut sene mixtis odorate
ne vos apprehendat pestis illa et provideatis vobis de evacuacione sive
evacuacio illa fiat per minucionem de venis consuetis In autumpno plus
de sinistra manu In vere plus de dextra Vero Estas ver dextris autumpnus
yems vero tempus sinistris. De medicinis simplicibus pillas de agarico a
pillulas pestilenciales acutas pro corpore carnoso et spisso. Aut flatico
cum turbit esula et agarico semel duobus vel tribus Si mela
colico cum elleboro nigro et agarico sene thimi epithimi lapide lazuli a
armeni vel in electuario purgetis ut flegma cum flegogo ut dyaturbith
bith dragantum cum ierapigra galieni aut cum cartartico imperialis a colubit
ut cum benedicta laxativa Si melancoliam tunc cum electuario dyasene
aut ierapigra rufi et similibus aut cum pillulis purgabitis secundum magis et
minus Si corpore colico tunc cum reubarbaro et agarico aut trifera
sarracenica prout in maioribus latinis conscriptis libris pronunciandum
de modo singuli purgaciones ante pestem Nam si pestis exstat corporis
immundum exstat. Sed quomodo de fructibus et piscibus generetur
pestis dico racione humiditatum putridis aut refluencium et mutaciones temporum
anni qualiter generant morbos pestiferos pro istis et maioribus
recurratis ad subtiliora et maiora in collectorio maiori Sed pro communi
cursu vulgarium hec sufficiant salva correctione quorum interest // Cu
ra huius febris est ut rectificetur aer cum suffumigacionibus odoriferis
et precipue cum floribus et herbis frigidis et irroracionibus frigidis
ut dictum est supra Postea fiat evacuacio per flebotomiam si fuerit
dominium sanguinis id est partem sanguinis et si glandula fuit in inguine flebo
tometur de sophena eiusdem pedis Si sub ascella tunc de basilica
oppositi brachii Si in collo tunc de cephalica et fiat emplastrum a principio
de semine canapis cocte et allei cotunsis cum melle et calide superponatur
glandule et aliqui dissolvunt tyriacam in vino et liniunt glandulam a
cum oleo balsami et invenimus quoque proficuum Et si eger in vita
permanserit curetur glandula cum maturativis ut postea dicetur de cu
racione apostematum et multi qui viriliter comederunt et biberunt
in pestilencijs evaserunt propter quod hortandi sunt pestilenciati
quod si accidat eorum appetitus ut comedant et bibant ultra posse ali
qualiter Et si febris valde fortis fuit potest dari aliqua opiata
ut requies camphore aut spodii aut requies et sic extinguetur fe
bris que si renitetur et fuit intus adhuc fortis iterum detur. Sit aut

pauperes preservatio

pille optime preservative

fructus et pisces

Cura pestis

emplastrum

Comede

extinctio febris

talis opiata ℞ opii piperis ana ʒ. j. croci ʒ. j. fiant inde tro-
cisci cum vino dosis sit sicut vna faba vel altera dimidia In
colico vero cum tysana detur etc.

De preseruacione sanorum a pestilencia

Primo rectificetur aer cum suffumigacione rerum odoriferarum
sicut thus mirra gummi iuniperi tymiame aut vno ex hiis aut
absinthio musco camphora etc. Etiam irroretur pauimentum domus
siue habitaculi cum aceto et aqua rosacea frequenter acetum portando spongiam
in aceto infusam in manu vel muscum vel camphoram vel storacem ca-
lamitam aut vinum aut omnia conueniunt prout supra scripsi Et cauen-
dum est de frequentacione hominum et precipue infirmorum. caueat medicus quod
hoc tangit medicum iuuenem secus antiquum quia morbus epidimialis
est contagiosus et infectiuus Cauendum eciam est a balneis tum quia
balneum commouet humores et conturbat precipue si sunt dispositi ad putre-
factionem Tum eciam quia multi pestilenciati intrant balneum vnde aer
balnei inficitur Et si sit aer vehementer calidus infrigidetur cum ir-
roracione aque frigide pauimentum domus et importentur frondes salicis
Cibus sit boni nutrimenti et apponatur ad omnem cibum acetum quia hoc
exsiccat et putrefactioni resistit. quamuis acetum est res per se generata ex putrefac-
cione tamen resistit sua siccitate et penetrat sua frigiditate et sua acetositate
prouocat appetitum. quod est contra aliquos qui dicunt quod kyssele i. sawer
non valeat in febribus nec sanis error est de quo in collectorio maiori
latius patet. et non tollerentur sitis ne propter eam inflamment humores
et si aliquis humor superauit euacuetur sanguis per flebothomiam Alii
humores per medicinas laxatiuas in quibus obtinent principatum et maxime
cum medicina confecta ex aloe croco et mirra vt dicit Auicenna et Paulus
et rursus omnes antiqui et periti medici dixerunt nullum fuisse mortuum in e-
pidimia qui fuit vsus supradicta continue ℞ ergo aloe ʒ. j. mirre ʒ. ß croci
℈ ß et fac inde pillulas et da cottidie ℈ ß et si videris nimium laxari quod
rarissime contingit poteris in sequentibus diebus dosim illam aliquantulum
minuere Bonum eciam est sumere tyriacam scilicet auream i. ℈. j. cum vino
vel metridatum semel in octo diebus vel in duabus vel tribus septimanis
etiam frequens vsus opiatarum medicinarum est molestus. error multorum
imperitorum qui dant opiatas principibus nec intelligunt quoniam opiate
si dantur commouent et conturbant de hoc latius patet in collectorio maiori
vbi reprobaui tales offerentes opiatas et tyriacales medicinas nec in-
telligunt si causa subest et necessitas ymo faciunt malum vt balnea in
forma per omnia tamen propter paruulos repetam Causa de radice superiori
que sit virtute lune et influencijs mediantibus quibus agunt astra ad
inferiora sunt ista tria principalia que astra causant effectum diuersarum
incommoditatum quam considerant astronomi et astrologi Radicem vero
inferiorem que sumitur ex causa ex fructibus multis et ex corrupcione aeris

Balnea

Aer

acetum

Opiate quid sunt

ex regimine cibi et potus ex loco habitacionis et similibus ut aere et cetera
domini phisici radix inferior est que est immediacior et verior ex sensitiue
vna cum intellectu concludens in bona consequencia hoc fore et esse ven
turum Sed astronomo plus traditur de motibus astrorum et iudicijs
eorundem que est radix superior Medico vero plus deradicit inferiora
tamquam de causis proximis antecedentibus et coniunctis immediate
que existit via demonstracio seu silogismus demonstratiuus Astronomus
autem aut astrologus iudicat de causis remotis que sunt causa pestis
tamen quod sic dicitur communiter quidquid est causa cause est causa causati Medi
cina precedit cognicionem astronomie et astrologie maxime motum
indigent duorum luminarium ad aspectus signorum ut dicit Ptolomeus
et medici ita inuenerunt ita fore quod in signis ruminantibus veniunt
vomitus et in ariete ferro incidi venam capitis aut ventosari est malum
ideo medicine laxatiue non sunt dande quod signum respicit caput est malum
Ita de alijs signis zodiaci respicientibus xij partes membrorum corporis
humani lesio talis membri tali signo currente et respiciente tale
membrum sequitur malus effectus de quibus talia declarare non est
presentis gracia Sed respiciatis Ptolomeum in dictis suis Centiloquij et
almagesti et alios astronomos v. Ar. ca. col. ge. brach. et cetera

Collectum [illegible] manibus doctoris alberti

Sequitur preseruatiua a peste

Ista preseruant veraciter a peste ante omnia purgacio id est euacuacio que fit aut
per flebotomiam aut farmaciam Item acetum et acetosa pipinella ficus
ruta nuces magne pinpinelli raphanus diptamus genciana aristologia
ro lambracia panis tostus aut vinum ex hijs sumptis sicut volueritis
aut fiat vinum conditum id est confectum ex hijs aut tiriaca cum zuccara aut
pille aut electuarium in bolis et vinis sumatur aut tres pillule post
primum sompnum transglucianiantur cum potu aque iij secundum quod quis fortis aut
debilis et bonum est ista ponere confortancia stomachum ut zytuar zin
giber aut galgamum pro epate spodium aut sandalos pro pectore enu
la aut mater vero Gaudet epar spodio mater cor cerebrum quoque musco
Pulmo liquiricia splen cappare stomachusque galanga Item cauere
a fructibus presertim crudis a piscibus maxime squamosis et non degentibus
in locis aquarum decurrencium Item a lacte a boletis et fungis a coitu et
balneo et coniunccione hominum a sompno meridiano a bira melancolia cogitacio
nibus intensis de obiecto pestis Nam solus timor cum memoria con
tinua de peste facit lapsum pestiferum racio quia virtus ymaginatiua
que est superior mandat inferioribus ut virtuti expulsiue quod faciat apa
si fuit humor corruptus in corpore infallibiliter Item a multa et
excessiua potacione quoniam nimia humiditas cocium adiuuat ad putre
faccionem quare assata comedere pauca possunt propter exsiccare et
rosstata hec ille Item amedone caue quia dulcia opilant bonum ergo
esset tam in comodo tempore noctis hore exsiccatiua quam in cibis et potibus
So caueant pueri a fructibus Nam fructus pisces et lac [illegible] omnia mundi

[Marginalia:]
no[te]
[illegible] elect[uarium] / pille
Fructus pisces lac
[illegible] fit [illegible]
[illegible] et [illegible] et [illegible] aque
[illegible]

magis apta sunt putredini regula ipocratis similiter In puta anno fructus
plus existunt aquosi et indigesti et plus abiles ad putrefactionem bene
ergo enunciaverunt antiqui nobis patres nostri rem verum Anno existente
fertili in fructibus persiam predixerunt pestem fore futuram hec ille Albicus
Sed dices quare moriuntur pueri in peste communiter et non senes Racio quia in
sene est firma complexio et solida connexio membrorum et compactio resistens
cutis rigida durata ossa nervi vene et arteria propter frigiditatem
claudentem poros In iuvenibus autem omnino sunt aperta porosa et mollia
habent membra que cito recipiunt impressionem vel infectionem propter sui
minorem resistenciam ut infra lacius dicetur Sed hic possunt moveri
multe questiuncule materiam pestis continentes // Prima quare cum superiora inferiora gubernent vel conservare in esse teneantur maxime sol et luna — q° p'a
ut patet primo metheororum necessarium sunt hunc mundum inferiorem esse contiguum
superiori quomodo ergo existat aut possit esse causa corrupcionis et
mortis // Secunda questio cum aer sit corpus simplex et putredo sit — 2
mixtorum quare epidimia vel pestis potest provenire ex putrefactione
aeris etiam quia aer est igne plenus ut dixit c° capitula proponentis
Ad primam dico quod superiora de per se intendunt ad conservacionem inferiorum
sed de per accidens aliquando sunt cause corrupcionis et mortis Nam variis
et diversis motibus moventur inordinatis propter quod diversas habent
coniunctiones et aspectus ex quibus eorum influencias ipsa non conservari
sed male disponi et corrumpi propter tales alteraciones influencias
Ad secundum dicitur quod aer simplex non putrescat et quia ignis admixtionem aliorum non patitur nec putrescit Sed bene cetera elementa
ut in metheororum Omnia putrescunt excepto igne Cum ergo aer nos circumdans non sit purus neque simplex unde Avicenna primo canonis de equalitate
aeris ait aerem dicimus illum in quo est et de isto loquitur philosophus in
allegato proponentis sed de puro in spera propria // Tercia questio quare epydimia — 3
magis accidit in fine estatis et tempore autumpni quam aliis temporibus
cum aer sit tunc frigidus et siccus et minus putrescibilis quam alio
tempore Ad hoc dicendum quod causa est multiplex Prima quia aer existens subtiliatus valde caliditate precedente aptus est recipere quamlibet
impressionem a vaporibus et fumis secum admixtis et corporum aggregacione
extraneo substancie putrescat facilius // Secunda causa quia caliditas precedens
que consumando putrefactionem prohibeat minuitur in fine estatis et autumpni
Tercia causa quia tunc magis multiplicantur venti adducentes seu afferentes secum aliquando malos vapores alterius provincie qui post modum remanentes in aere sunt causa putrefactionis et pestilencie // Quarta
causa quia tunc multiplicat plures superfluitates tunc virtutes naturales
sunt debilitate propter diversitatem temporis dissolvente calidum naturale
ex motu intus et extra ut in comento tercii pronosticorum // Quinta causa quia
habundant fructus in maiori quantitate tunc temporis disponentes corpora ad
putrefactionem ex nimio esu // Quarta questio quare temporibus epidimie aliqui — 4
alique aves consuete stare in montibus et volare in altum et veniunt

ad planiciem et volant prope terram et aliquando est econverso Item etiam faciunt
aliqui serpentes ad illud. Et an plus putrescat aer quam terra ex formis
celi sive ymaginibus facientibus naturam illud. Cuius eventus a medico
in quantum medicus ignoratur. Aves volantes putredinem fugere consuete
habitare in montibus et etiam volare in altum veniunt ad planiciem et prope
terram volant Sed quando in terra causatur putredo plus quam in aere.
tunc aves et serpentes consuete convenire in planiciem fugientes putre-
dinem terre veniunt ad montes ut ibi habitent et volant in altum quantum
plus possunt et aliquando videmus quod aves aliquando prius montes fugiunt et va-
dunt ad planiciem et post lapsum temporis revertuntur ad montes Et causa est illa
quia aliquando putredo plus ascendit in aerem et per tractu temporis
in visceribus terre quia aer est subtilior se habet et facilius alteratur quam terra
et post modum per continuitatem alterationis putredo etiam fit in terra et
ideo epidimia prius sursum incipit in aere subtiliori et vehemencius invadit
quam in grossiori Sed in grossiori durat tempore longiori Quinta quod corpora
facilius leduntur in epidimia an corpora dillatata in poris an stricta an ca-
lida an frigida Sexta quare aliqua corpora pereunt in epidimia talis non
cum tamen sit causa universalis et quare unus in una familia tantum moritur
et alii non. et alii omnes in una domo moriuntur et vicini non primo alii in
una contrata et non in alia Septimo quare nunc moriuntur homines et
non bestie et anno ellapso erat econverso. Procedendo tamen questionum
istarum est sciendum Quedam corpora habere poros latos naturaliter ut ca-
lida et humida Quedam poros strictos ut frigida et sicca. Item quedam
habere opilationes reddentes poros strictos. quedam non habere opilationes
aliquando Et iuxta hoc dico quatuor. Primum quod habentia poros strictos naturaliter
et non opilatos ut sunt quedam melancolici ac quedam vetule leduntur
in aere pestilenciali minus ceteris aliis corporibus Ratio quia modicum
attrahunt de aere per anhelitum propter remissam caliditatem cordis
Similiter et per poros modicum aeris penetrat quia stricti sunt ac etiam
illud parvum quod attrahitur modico tempore retinetur quia nec non
opilate ac etiam quia habent qualitates alias complexionales prohi-
bentes putredinem scilicet frigiditatem et siccitatem Secundo dico
quod habentia poros latos naturaliter et strictos propter opilationes ut cor-
repleta quantumcumque robusta leduntur in aere pestilenciali magis ceteris
corporibus Ratio quia multus aer attrahitur per anhelitum et quia opi-
lationes sunt diu retinentur et sic magis fit impressio mesis ab aere
ac etiam sunt caposi non bene expurgantur ut etiam quia habent
qualitates complexionales conformes putredini scilicet caliditatem et
humiditatem stat etiam prohibita transpiratio que est causa putredinis
Tertio dico quod etiam habentia poros strictos naturaliter et opilatos minus leduntur
quam corpora dicta Quarto dico quod corpora habentia poros latos naturaliter
et non opilatos plus leduntur quam corpora in primo dicta Sed minus
quam dicta in 2o et 3o dictis Et ratio prime partis ex dictibus primi dicti
patet ratio secunde partis ex dictibus secundi Sed tertia pars probatur quam

corpora dictio dicto habent opilaciones propter quas stat prohibita transpira
cio ideo spiritu calidi corrupto ideo fit interceptio a calore medii et talis est e
pidimialis ideo epidimia meretur de facili. Tercia vero in corporibus ha
bitis aer attractus diu retinetur et virtus resistens est debilis igitur cau
sabit interfeccionem in corpore que est pestilencialis. Sufficiant hee
raciones et hoc est contra quosdam. Ex quibus corpore patet quod corpora
calida et humida habencia poros latos naturaliter et opilatos magis leduntur.
Post ista habencia poros strictos naturaliter et eciam opilatos. Post istos habencia
latos naturaliter et non opilatos. Ultimo habencia poros strictos naturaliter
et non opilatos. Ad sextam dicendum quod ex diversitate passorum propter diversitatem Sexto 6o
composicionum et complexionum naturalium et accidentalium in eis repertarum. Et e
tiam propter diversitatem agencium provenientium ex diversitate aspectuum resi
duum quere in visione vel questionis infra. Ad 7am dicendum quod e Septimo 7
ratione proprietatis singularis inherenti huic aeri propter quam sic generatur pestis
in corpore hominis et non bonis. Animo non alleviatio poterat esse proprietas
singularis in aere sic respiciens bonos et non homines. Octavo quare 8a q
iuvenis fortis et robustus moritur in peste et vetula debilis mori non
poterit. Ad hoc dicendum quod potest esse vetula sine opilacione cum suis
poris strictis naturaliter et non opilatis. Iuvenis vero fortis et robustus
habebit poros latos naturaliter et opilatos et sic cicius inficietur. Ex isto
potest patere quare mulieres et pueri inficiuntur plus aliis quia in
mulieribus habundat humiditas et superfluitas cum diminuto calido cau
santes opilaciones malus sanguinis. Et humiditas causatur a fructibus
et cibis et potibus superfluis in moderate sumptis. Nono quare mo 9
niales et carcerati ut in pluribus non moriuntur et aliquando quasi omnes
moriuntur. Ad illud est dicendum quod illud evenit quia habitant in aere corrupto
propter se exeunt in aere discorrupto nec habitant cum aliquo existente potente
inficere. Si vero aliqua in parum sit infecta communiter alie inficiuntur quia
ad invicem habent ~~simi~~ simbolum in humoribus propter eundem regimen. Etiam
quia communicant in anhelitu et in aere vno particulari et ratione particularis
aspectus loci. Nam potuit monasterium edificari et carcer sub tali aspectu
quod vno tempore aer illius loci erit magis infectus quam aer alterius loci.
Ideo cum vnus moritur in vna habitacione debent se alii statim absentare
multo magis quando sunt descendentes ex vno patre quia sepe filii sa
piunt naturam parentum et ideo si vnus inficiatur alii etiam sunt dispositi
infici. Contingit tamen vnum mori in familia vna et non alios propter
particulares disposiciones repertas in illo et non in aliis. Hoc etiam sepe accidit
in contrata et non aliis propter easdem causas. Decimo quare guttosi ra 10
rissime rarissime moriuntur. Dicendum quod in eis sunt pauce opilaciones ex eo
quod humores mali descendunt ad extrema et ibi causant guttas et non sunt
apti infici. Undecimo quare post guerras pestilencie communiter eveniunt 11
et etiam post carestias dicendum quod tempore guerrarum inordinatum habent
regimen propter quod causantur mali humores in corpore apti ad pu

tredinem ac etiam quia superiora disponentia ad guerras sepe contigit
disponere ad pestem post caristias non eveniunt pestilencie quia tempore
fertilitatis fit saturitas nimia causans opilationes inde putredines
Sed quare pueri moriuntur et non senes quia in sene est sua complexio
resistens cutis dura et stricta propter frigiditatem claudentem Sed in
iuvenibus omnia sunt aperta ubi aer cito penetrat Etiam iuvenes in-
ordinate vivunt in gula et quia gravantur malis humoribus Etiam in iuvenibus
fit citior penetratio aeris corrupti ad cor et spiritus cordis propter eorum
subtilitatem ratione caliditatis ipsorum citiorem capiunt impressionem
et transmutationem id est infectionem Bonum ergo est pueros non simul iacere
in eadem camera nec simul loqui nec simul balneari et prohiberi eos a su-
pra scriptis et omni mane eis dare panem tostam panis nigri extracto
et quilibet panniculum aut portionem spongie intinctam in aceto ad odo-
randum et de sero fiat fumus in camera cum rebus odoriferis claudendo
fenestras ut aliquis fumus maneat in camera et comodo ligna sint
pociora lapidosis // Nota inter omnes pillulas contra pestem valent
pillule pestilenciales bis sumpte tres vel quatuor pillule de quibus Avicenna
et Ruffus Nam tempore Christi Maria Magdalena media salvatoris voluit
inungere corpus Ihesu volens corpus salvatoris a corruptione preservare
quia mirra preservat a putrefactione et quia in pestilencia est putredo
ergo tale modo ad pillulas pestilenciales intrat quadrimeron id est quatuor
res que res ingredientes preservant a putredine ut thus aloe
mirra et crocus Crocus ponitur productive ut ducat alias res tres
ad cor et loco thuris ponunt masticem quem plus laudo ut Ruffus testatur
Et pro complexione colerica pillule pestilenciales Reubarbaris valent et odo-
rare res frigidas ut rosas acetum camphoram sandalos aut salicem itaque
tam pro incendiis quam pro pomis pro complexione colerica calida et sicca
res frigide requiruntur Etiam res calide sunt venena complexioni ca-
lide et sicce cum curatio duntaxat fiat unum modum videlicet per contrarium
quoniam contraria contrariis curantur // 3o cogitans tamen in ima penitentie
quam medicine in regula habet veritatem modo contra omnem febrem
requiruntur frigida secundum hic loquor de preservatione nulla febre existente due co-
plexiones calide ut fleumatica et melancolica calida ergo primo pauper colericus in
tinget spongiam panem aut panniculum in aquam rosaceam mixtam
modico aceto odorando fleumaticus aut melancolicus odorabit grana
pini aut iuniperi aut macis aut flores iunsteri aut cariofili aut
musticum prisium et consilia // Dives non colericus odorabit pomum ambre
aut de sandano aut musco bene camphorato aut rosato aut instillato
cum sico aut instillagine prisili // fleumaticus non dives commune
pomum ambre odorabit de mane surgendo Idem intelligas de suffu-
migationibus faciendum tamen cum incendiis ad excitandum et in cibis
agresta aut acetum et bullire cibum cum aquis currentibus Si ergo
aliquis fuit pestilencialis statim evacuatus statim cum festinatione
cum minutione aut purgatione post hoc conforteretur cor rebus cellenarius

Regimen puerorum

pillule pestilenciales

Thus
aloe
Crocus
mirra

Complexio colerica

colericus pauper

fleumaticus melancolicus

dives colericus

fleumaticus dives

Cura in febre pestil…

dyacameron de gemmis · manus christi cum perlis · dyamargariton sandalis
dyarodon abbatis et similibus Post hoc vtatur granatis pomis · pomis
citrinis granatis silvestribus coctanis assatis capparis limonibus pomorantiis
et omnibus aliqualiter acetosis Quare non est melius nisi
vti ratione deus enim fugiebat tempore herodis · pestifer enim homines
vitam conservando Conservemus igitur dei adiutorio quousque hora
debita venit cavendo per fugam pestem · quia pestis non sequitur
fugientem Et precavere debet ab omni infectione rerum victualium quantum
tumque fuit possibile Et fortiter comedentes in peste evadunt non
comedentes moriuntur Similiter habentes vrinas rubeas evadunt
albas habentes moriuntur · similiter habentes vrinas vt in sanitate moriuntur
Quare consulo medico vt in peste bene ponderet pulsum quia infirmatur
cor venenum principale et petit cor et consequenter vadit ad alia membra
et est ymaginandum quia primo inficitur spiritus cordis per inspirationem
anhelitus · quo infecto inficit secundum · deinde tertium et sic
deinceps · recte sicut lapis proiectus ad aquam vnus circulus generat
alium modo idem spiritus qui est circa cor vadit ad totum corpus
talis spiritus inficit materiam in qua existit vt humores humores enim
membra quare medicus subito expellere debet nociva Sed dices
tamen in peste aliquis habet multas sedes aut multos sudores multos
vomitus et tamen moriuntur Dicitur vt videmus videtur si sunt
a natura curat tibi evadit · si vero sintomatice · i · malorum accidentium propter
generatum humorum moritur Nota quaecumque evacuatio quam non sequitur
alleviatio est signum malum sive fiat per vomitum sive per sedes
sive per sudorem que sunt signa cretica · Sudor et vrina ventris
solucio sputum apostema · Sanguinis vomitus sunt cretica signa
Est autem vnum remedium vulgare secundum albicum vti volentibus
vt mane ieiunatus in corpore ante omnem comestionem duabus horis
ad minus ebibere tyriacam cum terra sigillata aut bolo in quantitate nucis
avellane vel modico plus quia illa medicina perdit illam infectionem
et curat · quia sumpta tyriaca et post hoc sumpto cibo et potu isto
statim cogitur illud evomere et si sic fuit et acciderit tunc sumatur
plus de illo electuario de terra sigillata aut de bolo · ar · quousque
totum evomatur malum et postea sumatur tyriaca maior cum de
coctione salvie rute aristologie ro · enciane aut cum vino istorum
lambrate et tormentilla et herbam tincij que alio nomine vocatur
polimonion in vino bono in flegmaticis et colericis cum ptisana aut
aqua borraginis aut endivie aut portulace In melancolicis cum aqua
cap ve · aut capparis aut meliss aut borrag aut buglossi et cum illi
vino sit decocto et inde collato sumatur tyriaca vera modo consueto
semper in ieiunio et semper provocetur sudor aut in lecto iacendo
vel sit ieiunus balneum intrando si non fuit febriens balneando
in calore lento et sudor semper abstergatur cum panno calido lineo

Fuga

prostitucio et vrina

pulsus

Cro de
vomitu sudore
fluxu ventris

post vomitum
[illegible]
debet

r de [illegible]

quoniam non est uberius nisi expellere venena maledicta pestis
et odiosa Errant ergo nec intelligunt qui nolunt comune confor
tari in peste qui non sapiunt dicta ypocratis sic dicentis Non
pura corpora quanto magis nutries tanto magis ledes Ecce
statim festinare euacuare in principio quia materia est furiosa et
qua non expectatur digestio Nota quod est genus ad purgacionem
et adminucionem iuxta mandata domini ypocratis Inacutis morbis
eadem die differre malum Item confirmacio illius per idem dominum
ypocratem in amfo Inchoantibus morbis si quid videtur mouendum
moue in statu i. in tercia vel iiii^ta die silencium habere melius est i. nichil
facere Si vero quis fuit colericus et calidus da tyriacam cum maiori
quantitate boli armeni et minus de tyriaca cum aqua endivie aut
portulace aut scabiose. tamen recipiatis primo ^ra si debilis et iuuenis
minus si fortis plus Valet etiam in preseruacione a malo illo
tale electuarium Recipe nucis maiores xx^ti ficum nundor xv. ru[t]e
manipulum radicis genciane ℥ iii. aristologie pip melle gnom
iuniperi agrimen tormentill ana ℥ i. salis communis ad quantitatem
nucis mellis puri quod sufficit conficiantur in modum electuarii de
quo sumatur ieiuno stomacho ad modum nucis auellane aut
faciat pillulas et transglutiat in^c uno aut quatuor aliqui addunt
tormentillam herbam calacu et hic vsus talis electuarii preseruat a
venenosis et toxicis Ego laudarem quod in confectionibus contra peste
cuilibet daretur iuxta suam naturam etatem complexionem et certam
quantitatem cuius complexionis sigillatim distribueret alias non erit
nisi unum vniuersale et chaos medicine ad instructio non vniuersa
lium sed singularium ita quod Si tener in hac etate inueniuntur detur ty
riaca ut mediam nucem paruam cum bolo ut unum pisum; eo exis
tente seniori detur maior dosis i. mensura quia iuxta etatem sunt
medicine variande et tempus anni quia si forte est colericus extenuatus
et adustus frigida sunt danda cum tyriaca cum bolo ac vel terra
sigillata et cum vno haustu tepide quia omnia que debent facere
sudorem tepide debent bibi et potum ad illum haustu aque et misceri
simul. et si non habes aquam cardui vel altius de ta quas herbas cum
aqua fluuius post bibicionem ponendo ad lectum cooperiendo se bene
et sudabit. quem sudarem bene abstergatis cum panno aspero et
calido Si idem Corpus fuerit senior et forcior detur ut due nucis
parue de tyriaca iuxta modum expressum Si in frigidis complexio
nibus detur tyriaca cum decoctione rerum calidarum ut iuniperi
aristologie et diptam ac similibus ut supra scripsi vel detur cum
vino albo et bono Idem de pillulis pestilencialibus pro omnia regulariter
facietis vel potius uti istis pillulis quas laudo Recipe tyriacam ma
iorem cum bolo ossis de corde cervi vel musci vel ambre grizee.
et modico croci aloe et mirra fiant pillule cum maluasia de

Colericus et calidus

Elect[uarium] et pille
Elect[uarium] amarum


puer

pille pestil[enciales]
pille preservative optime

mane quando surgitis tu[m] glutiatis duas vel 3es aut plures secundum q[uod] sunt magne vel parve. tales pillule prohibent ne aer infectus ingrediatur cor Sed pauper faciat de tymiama pillulas aut de murra cum mastice aut albo thure aut cum laudano aut cum storace cum modico croco Si sunt calidus tunc cum modica campfora vel possunt fieri trocisti eciam dictis ubi ex uno facietis fumum tempore noctis odore corriget aerem eo modo quam corpus humanum etiam confortabit Sed nollem q[uod] in dando preservativa pestis ponentur confortativa omnium membrorum cum preservativis tunc est oppositum facimus et male Nam doctores et physici ante adventum domini ut Ypo. testatur in libro suo epidimiarum practicaverunt de pestillencia que tunc et ante tempora eorum erat et posuerunt q[uod] ante adventum xpi erat pestis primo post archa noe recessum mandator preceptor xpi per galienum inchoata est ira miseria et mortalitas quia omnis homines mundi machina fundata exstat in equali ordine et regimine. Iam nec est ordo et minime regimen iam omnes vivimus in ocio et gula quondam omnes in sudore et labore quam modo in ocio colligimus superfluitates racione quorum venit nobis consequencia mala quoniam indebita administratione rerum naturalium et non naturalium et res preter naturam de quibus sollicitentur in quibus consistit sanitas et in hoc homine omnes doctores finaliter resident


pauperes pillule

pestis ante adventum xpi



Iste sunt res non naturales

Aer esca quies repletio sompnus et ira
Hec moderata prosunt immoderata nocent



Hunc temporis videlicet ut testatur idem Ypocras scilicet ante natalia xpi homines incurrebant pestes quia infectionem aeris ut tempore Regis Castelli et Appolonis ac Esculapii senciebat gravitatem corporis

Cura pestis ...

Nota optima quibus regi castelle apolonii et ... in ... hab...

Nausean dolorem capitis et pectoris vomitum pulsum frequentem et anhelitum difficilem dolorem in pedibus primo quando sentis te gravatum ideo fac statim tunc temporis propinabant tyriacam maiorem mixta sup scripta et sudavit postea minutionem faciebant et quando apostema posuerunt ventosas cum scarificatione et extrahebatur sanguis in fra apostema post hoc purgavit cum pillis colicum et reubarbaro aut fumo terre Si flegmaticus tunc cum pillis turbit aut benedicte aut ieris Si melancolico tunc cum pillis de lapide lazuli aut ierarum aut de elle etuario nigro i. de elleboro nigro aut acutas pillulas pestis cum hys plus reubarbarum aut cum pillis nigri Nicolai in antidotario de scripto sed non scripsi medicinam educentem sanguinem quia sanguis sola flebo tomia evacuatur et post cum tyriaca dissoluta cum aqua scabiose aut rute aut cardinie in corpore colico propinetur et purgatur sepius regis cordis cum tyriaca mixta cum melle et ficu simul mixtis et hec remedia reiterentur quotiens cumque fuit necesse quousque perfecte cu retur ut supra scripsi

Vsnatima rentata in	Pillulis	possent fieri in hys formis
	pulmbus	
	dragea	
	electuario	
	tabulis colandis	
	bolis	
	trociscis	

Cum gratia et auxilio dei benedicti in secula seculorum Amen

Nota de tyriaca breviter dandis Tyriaca corpori sana gravat ipsum tribus modis primo in primis qualitatibus Nam tyriaca multum est calida ideo semper calefacit corpus quod non indigebat Secundo qualitatibus constringit et ingrossat ratione opii in nullo autem istorum modo indiget corpus sanum Tertio horribiliter agravat cum cum non invenit ibi venenosa materiam quam expellere deberet vel in quam agere debet et cum ibi est venenum in tyriaca propter trociscos tyri ideo illud venenum inficit alterat et corrumpit corpus humanum et est simile de medicina laxativa que non invenit humorem peccantem convertit se ad humorem bonum et sanguinem et carnem ut dicit rasis. Sana corpora habentes tyriaca ... uti est difficile ideo non debet dari tyriaca sanis nisi in duobus casibus scilicet ante cibum cum hec cibum suspectum aut cum sit pestilen ticus tunc potest dari sine periculo etc. Nota receptas ponam singulariter tres cum ... preservativas a peste et tres aut quatuor curativas.

Oritur quod aliqui administrant Tyriacam cum bolo armeno aut terra sigillata et non invenit venenum. facit tunc venenum in corpore quia ex nullo istorum generatur humor bonus sed venenosus. quia ex bolo generatur melancolia fex humorum et incisio quo terra generat bonum humorem et quomodo potest digeri a corpore humano talis terra tenax ymo non dubito quin destruat interiora et ex natura provocat vomitum per Avicennam ii° canonis capitulo de bolo Sed quare ponitur cum tyriaca dico ad stringendum sua frigiditate et siccitate ne venena vadant ad cor et tyriaca in corpore sano non debet sumi quia propter tyrum .i. serpentem venenosum commititur in humores venenosos etcetera

Secundum Secretum preservativum pestilentie hostis subblat forma Recipe nuces maiores 20 numero / ficuum indorum xv. rute manipulum .j. radicis gentiane ℥ iij aristologie rotunde ℥ j. salis communis ad quantitatem nucis mellis purissimi quantum sufficit Conficiantur ad modum electuarii In colericis et calidis corporibus cum zuccara In frigidis cum melle quantum sufficit tamen cum melle iuxta mentes doctorum plus laudatur quia sicut est preservat ex tradicione ii canonis Avicenne / aliqui addunt tormentillam habeant tinctum et bene digno sumatur et ieiuno stomacho ad quantitatem nucis avellane usus istius electuarii preservat a venenis et toxicis /

Recipe de tyriaca de terra sigillata et usus eius est ante comestionem immediate ad quantitatem unius nucis avellane per una vice et non sepius et hoc consilio nisi in necessitate.

Recipe Carvi anisi ameos petrosilinum apium seseleos balnoci .i. maratri Siler montanum betonicam ciminum calamentum pulegium ysopum spica nardi piper zinziber salgema ruta hyssopum .i. centegallum herba regia .i. cristrisia olibanum masticum crocum mirabolanorum omnia ana ℥ plus decimo miscetur cum omnibus hic indifferenter addendi sunt ista cynamomum squinantum ana ʒ .j maiorana folium balsamitam basilicon cardamomum galanga liquiritie ana ʒ ij croci ʒ .j et ℈ sandalorum omnium ʒ .j. spice ʒ ℈. fiat conditum aut electuarium cum melle quantum sufficit aut boli aut trociscie prout placet etcetera

Recipe tarriosoll. ℥ j. zinziber ℥ ℈ ~~tro~~ toretffe ℥ iij radicis tormentille radix diptami radix pione peytech radicis feni radicis pipinelle ana ʒ ij radicis enciane ʒ v. radicis agrimonie radicis ypiton ana ʒ j. ficus et cetera nucis magne ℥ ℈ rute ʒ iij flores borraginis buglossis rosarum rubearum verbene ana ʒ ij. spice squinanti spodii ana ʒ j. sandalorum ʒ ℈. radix cappare costi ana ℈ j. crocus et castoreum ana ℈ ℈ allei ʒ ℈. salis communis ℈ ij. tyriaca fermentate et meliore ℥ ij. boli armeni ℈ j. et ℈ aloe ʒ j. fiat conditum cum melle despumato quantum sufficit.

Si laxari volumus aut purgari addit ad ℥ j fiment tyriac pul
verum omn mirabolonorum sene ana ʒ j lapis lazuli et ter
mi agarici turbit et dingrad ana ʒ ß pulmisentur et inspissentur
cum aqua ende q(uod) sufficit p(ro)s(ub)pmetur secundum magis et minus de

Ergo fiuntur iste due recepte bene ad cautelam pauci intelligunt
bene eas nisi sint magistri.

Sed que sint signa co(mmun)ia et que singularia seu specialia ex quibus
quis valeat eligere seu predicere futuram pestem remitto vos ad
Collectorium maius p(ri)me quantum melius malui vero letum
ibi vide et lege et aliqua repeti plures propter impressionem
maiorem memorie.

Explicit Collectorium Minus sub di
versis repeticionibus collectum per docto
rem Albicum in preclaro studio Pragen
Ad usum hominum tamquam caritative collegatum Sub Anno
domini Millesimo Quadringentesimo sexto in vigilia
Ascensionis domini in Civitate Meydico tunc tempore presente

Tractatus primus de aqua et continet primo de aquis naturalibus et est capitulum primum de aque diffinitione

Capitulum primum de aque diffinitione
Capitulum 2m de natura aque et aliorum elementorum in mixtorum compositione 2m que sunt res naturales
Capitulum 3m de aqua 2m que est res naturalis et de utilitate et sunt de aere et igne et terra habitabili in generali / Et generali
Capitulum 4m de aquarum naturalium distinctione
Capitulum 5m de aquarum electionibus et bonarum cognitionibus / Et igne
Capitulum 6m de usu aque potabilis in sanitate
Capitulum 7m de usu aque in corporibus infirmorum
Explicit 2a [sic] tractatus primi de aquis artificialibus in generali
Capitulum primum quare dicuntur artificiales
Capitulum 2m de aquis decoratiuis
Capitulum 3m de principiis operationibus aquarum artificialium vel compositarum quo reducuntur de potentia ad actum
Capitulum 4m de diversitate operationes bonas et speciales velut et compositiones particulares
Capitulum 7m quod quarumque compositiones extinguunt ponere virtutem et specialitatem dicte aque
Capitulum 6m quod virtus simplicium compositorum ... sua spetias et que creaturae sunt specialitates diverse
Capitulum 9m de aquis maturatiuis et quo medicine maturatiue incarnant et saniem generant et cum generis sunt
Capitulum 8m de medicinis sedatiuis dolorum et quo dolor sedatur
Capitulum 9m de medicinis remollitiuis
Capitulum 10m de medicinis abstersiuis
Capitulum 11m de medicinis resolutiuis
Capitulum 12m de aquis infrigidatiuis et subtili...
Capitulum 13m de consumptione ventositatis / Cause
Capitulum 14m de medicinis repercussiuis
Capitulum 15m de medicinis corrosiuis
Capitulum 16m de medicinis consolidatiuis
Capitulum 19m de frigidatiuis [sic] colere acuitate

Capitulum 18m de pustulis putrefactis
Capitulum 19m de medicinis atractiuis
De aqua facta ex medicina atractiua
Aque valentes pulmoni
Aqua contra vermes
Aque perforantes venam et vesicam
Aqua restringens menstrua
Aque frangentes lapidem
Explicit 3a tractatus primi de aquis artificialibus in speciali /
Capitulum 1m de aqua aui... / Et tendere
Capitulum 2m de aqua scolopendrie et...
Capitulum 3m de aqua consolidatiue
Capitulum 4m de aqua buglosse
Capitulum 5m de aqua foliorum sue et bu- / glosse
Capitulum 6m de aqua eufrasie
Capitulum 7m de aqua tartari combusti in igne
Capitulum 8m ysopi ...
Capitulum nonum saluie
Capitulum 10m feniculi
Capitulum 11m de aqua anisi
Capitulum 12 de aqua ...
Capitulum 13 de aqua ...
Capitulum 14m de aqua cetrorum
Capitulum 15m citoniorum
Capitulum 16m absinthij
Capitulum 17m de aqua albe...
Capitulum 18m de aqua rorismarini
Capitulum 19m de aqua rosarum
Capitulum 20m de aqua bethonice
Capitulum 21m de aqua plantaginis
Capitulum 22m de aqua endiue et lactuce
Capitulum 23 de aqua ...
Capitulum 24m de aqua ... seu lactuca ...
Capitulum 25m de melisse
Capitulum 26m spargorum
Capitulum 27m mercurialis
Capitulum 28m centauree
Capitulum 29m bismalue
Capitulum 30m scabiose
Capitulum 31m cyanee
Capitulum 32m serpilli / Ctina
Capitulum 33 de aqua corrosiua et ...
Capitulum 34m salvie

h[...]

ca 13 de vitulo
ca 14 de cervo [illegible]
ca 15 de volatilibus in [illegible]
de gallina et gallo
ca 16 de ansere et anate
ca 17 de fasiano
ca 18 de perdice
ca 19 de columbis
ca 20 de turturibus et [illegible]
ca 21 de volatilibus [illegible]
ca 22 de passeribus

[illegible]

ca 2 de pedibus et extremitatibus ani[malium]
ca 3 de capite et [illegible]
ca 4 de cerebro et aliis membris
ca 5 de carnium [illegible] quantitatibus
ca 6 de electione carnium
ca 7 de usu carnium
ca 8 de saporibus

[illegible]

ca 1 de lactis complexione
ca 2 de lactis diversitate
ca 3 de lactis electione
ca 4 de lactis proprietatibus et operibus
ca 5 de usu lactis et operibus
ca 6 de caseo et [illegible]
ca 7 de aqua lactis [illegible]
ca 8 de sanguine et de butiro
ca 9 de ovorum genere et diversitate
ca 10 de ovorum [illegible] electione

[illegible]

ca 1 de piscium genere
ca 2 de piscium electione
ca 3 de proprietatibus et operibus piscium
ca 4 de usu piscium
ca 5 de

[illegible]

ca 1 de exercitio
ca 2 de fricatione

ca 1 de balneo

ca 1 de [illegible] sompno

ca 11 de ovorum [illegible]
ca 12 de ovorum usu

Tractatus primus de aquis et continet primo de aquis naturalibus et capitulum primum de aque diffinitione

